IX. Samaritismus et Samaritae. Huius ab Iudaismo origo deducitur, quae sectarum apud Graecos divortiis et earum decretis ac dogmatibus antiquior est. Graecorum porro superstitionem complexa, et cum Iudaicis dogmatibus aliqua ex parte miscens illa secta circa Nabuchodonozori et Iudaicae captivitatis tempora prodiit. Primi sectae conditores ex Assyriis in Iudaeam transportati quinque duntaxat Moysis libros acceperunt, quos per Esdram sacerdotem rex ad illos Babylone submiserat. Itaque caetera habent cum Iudaeis communia, si hoc unum excipias quod et gentes abominentur, neque quemquam contingere velint, quodque mortuorum resurrectionem, ac caeteras post Moysen prophetias reiiciunt. Samaritanorum est factio divisa in partes quatuor.

dem tempore ortum esse quo deorum apud Graecos cultus institui sit coeptus, ex sinu ipsius Iudaismi ortum, ab aevo Nabuchodonozori et Iudaicae captivitatis.

72. ἴσα *restitui ex Anacephalaeosi. Vulgo extat* εἴσιν, *minus commode.*

73. μωσέα *cod. Venet.*

74. δὲ *om. cod. Venet., et Anacephal.*

ι΄. [75]Γοροθηνοὶ, οἱ [76]ἐν ἄλλοις καιροῖς τὰς ἑορτὰς ἄγοντες παρὰ τοὺς [77]Σεβουαίους.

ια΄. [78]Σεβουαῖοι, οἱ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῶν ἑορτῶν πρὸς τοὺς [79]Γοροθηνοὺς διαφερόμενοι.

ιβ΄. Ἐσσηνοὶ, μηδ᾽ ὁποτέροις ἐναντιούμενοι, τοῖς δὲ παρατυγχάνουσι συνεορτάζοντες ἀδιαφόρως.

ιγ΄. Δοσίθεοι, τοῖς αὐτοῖς ἔθεσιν, οἷα δὴ Σαμαρεῖται, ἐμπολιτευόμενοι, περιτομῇ τε καὶ σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, χρώμενοί τε τῇ Πεντατεύχῳ, περιττότερον δὲ τῶν ἄλλων φυλάττοντες τὸ ἀπέχεσθαι ἐμψύχων, καὶ ἐν νηστείαις [80]δὲ συνεχέστατα βιοῦν· ἔχουσι δὲ καὶ παρθενίαν τινὲς αὐτῶν, ἐγκρατεύονται δὲ ἄλλοι· πιστεύουσι [81]δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὅπερ ξένον ἐστὶ Σαμαρείταις.

Ἰουδαίων αἱρέσεις ἑπτά·

ιδ΄. Γραμματεῖς, οἵτινες νομικοὶ μὲν ἦσαν, καὶ δευτερωταὶ παραδόσεων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς πρεσβυτέρων, τῇ περιττοτέρᾳ ἐθελοθρησκείᾳ ἔθη φυλάττοντες, ἃ οὐ διὰ τοῦ νόμου μεμαθήκασιν, ἀλλ᾽ ἑαυτοῖς ἐτύπωσαν σεβάσματα δικαιώματος τῆς νομοθεσίας.

ιε΄. Φαρισαῖοι, ἑρμηνευόμενοι Ἀφωρισμένοι, οἱ τὸ ἀκρότατον βιοῦντες, καὶ δῆθεν τῶν ἄλλων δοκιμώτεροι· παρ᾽ οἷς καὶ νεκρῶν ἀνάστασις, ὡς καὶ παρὰ τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ ἡ περὶ ἀγγέλων καὶ πνεύματος ἁγίου, ὅτι ἔστι, συγκατάθεσις, πολιτεία τε διάφορος, ἐγκράτεια ἕως χρόνου, καὶ παρθενία, νηστεία δὲ [82]διὰ τοῦ σαββάτου, ξεστῶν καθαρισμοὶ, καὶ πινάκων καὶ ποτηρίων, ὡς καὶ οἱ Γραμματεῖς, ἀποδεκατώσεις, καὶ ἀπαρχαὶ, καὶ ἐνδελεχεῖς εὐχαὶ, καὶ σχήματα ἐθελοθρησκευτικὰ τῆς ἐνδυμενίας, διά τοι τῆς ἀμπεχόνης καὶ τῶν δαλματικῶν, ἢ τῶν κολοβίων, καὶ πλατυσμοῦ τῶν φυλακτηρίων, τουτέστι σημάτων τῆς πορφύρας καὶ κρασπέδων καὶ ῥοΐσκων ἐπὶ τὰ πτερύγια τῆς ἀμπεχόνης, ἅτινα [83]ταῦτα ἐτύγχανε σημεῖα τῆς παρ᾽ αὐτοῖς ἕως καιροῦ ἐγκρατείας· οἳ καὶ παρεισέφερον γένεσιν καὶ εἱμαρμένην.

ιϛ΄. Σαδδουκαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι Δικαιότατοι, οἳ ἐκ γένους μὲν ἦσαν Σαμαρειτῶν ὁμοῦ καὶ ἱερέως Σαδοὺκ ὀνόματος, νεκρῶν μὲν ἀνάστασιν ἀρνούμενοι, καὶ μὴ παραδεχόμενοι ἄγγελον, μήτε πνεῦμα, τὰ δὲ πάντα ὄντες Ἰουδαῖοι.

ιζ΄. Ἡμεροβαπτισταί· οὗτοι μὲν κατὰ πάντα Ἰουδαῖοι ἦσαν, ἔφα-

75. Γορθηνοὶ cod. *Rhedig. et editi libri.*
76. ἐν *om. cod. Venet., et Anacephal.*
77. Σεβουαίους *cod. Venet., et Anacephal. Vulgo* Ἰουδαίους.
78. Σεβουαῖοι διὰ τὴν αὐτὴν *cod. Venet., et Anacephal.* Σεβουαῖοι οἱ διὰ αὐτὴν *cod. Rhedig., et editi libri.*
79. Γορθηνοὺς *cod. Rhedig. et editi libri.*
80. τε *cod. Venet.*

X. Primi sunt Gortheni, qui festos dies aliis quam Hebraei temporibus indicunt.

XI. Alii Sebuaei, qui ob eandem festorum dierum occasionem a Gorthenis dissentiunt.

XII. Tertii sunt Esseni, qui neutri parti repugnant, sed cum iis in quos inciderint sine ullo discrimine festa peragunt.

XIII. Postremi sunt Dosithei, qui iisdem quibus Samaritani institutis utuntur, circumcisionem, sabbatum, ac caetera, itidemque Pentateuchum adhibent. Praecipue vero, ac prae reliquis omnibus, sibi ab animatis temperant, ac perpetuo fere ieiunant. Sunt inter illos qui virginitatem colunt, alii continentiam. Resurrecturos esse mortuos credunt; quod a Samaritanorum dogmate abhorret.

Iudaeorum sectae numero VII:

XIV. Ac primo Scribae, legis periti et traditionum, quas a maioribus acceperant (δευτερώσεις vocabant), observatores fuere, ac ritus omnes superstitiosius caeteris diligentiusque tenuerunt; quos non e lege didicerant, sed sibimetipsis tanquam iustitiae legis singulares cultus ac ceremonias indixerant.

XV. Pharisaei, quos Segregatos interpretari possis, qui sanctissimam vitae rationem professi probitate caeteris antecellere videbantur. Mortuorum apud illos resurrectio, ut et apud Scribas, defenditur. Iidem angelos ac spiritum sanctum esse non negant. Vitae eximium institutum prae se ferunt. Continentiam certum ad tempus, ac virginitatem quoque suscipiunt. Bis hebdomada quaque Luc. 18, 12.
ieiunare, urceos ac discos et pocula saepius eluere, ut et Scribae, soliti. Ad haec decimas et primitias offerre, assidue precari, certos cultus ac superstitiosa vestimentorum genera curiosius affectare; cuiusmodi sunt dalmaticae, ac colobia, et latiora quaedam phylacteria, hoc est segmenta, fimbriaeque purpureae, ac malogranata ad vestium oras appensa, quae temporariae illius continentiae signa praeferebant. Iidem postremo geneses ac fatum introducebant.

XVI. Sadducaeis ab exactissima iustitia nomen est. Qui e Samaritanorum genere a sacerdote quodam Sadoc ortum habuerunt. Mortuorum resurrectionem damnant. Angelum ac spiritum funditus negant, caetera Iudaeorum similes.

XVII. Hemerobaptistae nihil ab Iudaeis praeterquam hoc uno

81. δὲ *cod. Ven., et Anaceph. Vulgo* τε.

82. διὰ *Anacephal., et cod. Ven. Vulgo* δὶς. *Neque id recte convertit Petavius.*

83. ταῦτα *legitur etiam in Anacephalaeosi. Vix dubito quin sit reponendum* πάντα, *quae vocabula haud raro in vett. membranis a librariis confusa deprehenduntur.*

σκον δὲ μηδένα ζωῆς τυγχάνειν αἰωνίου, εἰ μή τι ἂν καθ᾽ ἑκάστην βαπτίζοιτο.

ιη΄. Οσσηνοὶ, οἳ δὴ Ἰταμώτατοι ἑρμηνεύονται. Ἦσαν δὲ οὗτοι τὰ πάντα κατὰ νόμον τελοῦντες, ἐχρῶντο δὲ καὶ γραφαῖς ἑτέραις μετὰ τὸν νόμον, τοὺς δὲ πλείους τῶν μετέπειτα προφητῶν ἀπεβάλλοντο.

ιθ΄. Νασαραῖοι, ἑρμηνευόμενοι [84] Ἀφηνιασταὶ, πᾶσαν σαρκοφαγίαν ἀπαγορεύουσιν, ἐμψύχων οὐδ᾽ ὅλως μεταλαμβάνουσιν, ἄχρι δὲ Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τοῖς ἐν τῇ Πεντατεύχῳ ἁγίοις ὀνόμασι πατριαρχῶν κεχρημένοι τε καὶ πιστεύοντες, φημὶ δὲ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τῶν ἀνωτάτω, καὶ αὐτοῦ Μωϋσέως, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἰησοῦ· τὰς δὲ τῆς Πεντατεύχου γραφὰς οὐκ εἶναι Μωϋσέως δογματίζουσιν, ἄλλας δὲ παρ᾽ αὐτὰς ἔχειν διαβεβαιοῦνται.

κ΄. Ἡρωδιανοὶ, [85] οἳ Ἰουδαῖοι μὲν ἦσαν κατὰ πάντα, Ἡρώδην δὲ Χριστὸν προσεδόκων, καὶ τούτῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἀπεδίδοσαν γέρας καὶ ὄνομα.

Οὗτος ὁ πρῶτος τόμος, περιέχων [86] κατὰ πασῶν τῶν εἴκοσι τούτων αἱρέσεων. Ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἡ περὶ τῆς Χριστοῦ ἐνδημίας ὑπόθεσις, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας ὁμολογία.

84. ἀφηνιασταὶ *cod. Venet. et Anacephal.* ἀφανισταὶ *vulgo extat.*

discreparunt, quod neminem aeternae vitae compotem esse posse dicerent nisi quotidie lavaret.

XVIII. Osseni, quorum nomen procacissimos significat. Qui ex praescripto legis omnia faciebant, sed praeterea scripturas adhibebant, et ex posterioribus prophetis plerosque reiiciebant.

XIX. Nassaraeos Extinctores interpretari possis, qui carnis usu prorsus interdicunt. Ab animatis abstinent, patriarchas omnes qui in Pentateucho ad Moysis et Iesu filii Nave tempora continentur adsciscunt, et iis fidem adhibent, cuiusmodi sunt Abraam, Isaac et Iacob, iisque superiores omnes, nec non Moyses ipse cum Aarone, atque Iesu. Caeterum quinque illa volumina Moysis esse non putant, et alia ab iis diversa penes se esse jactitant.

XX. Herodiani, cum Iudaeos in omnibus sese praestarent, Herodem Christum esse profitebantur, eique Christi dignitatem ac nomen affingebant.

Primus iste tomus est, qui haereses XX continet. In eodem de incarnatione Christi ac veritatis professione postremo loco disseritur.

85. *Vulgo* οἱ. 86. *Corrigo* περιέχων τὰ κατὰ *celt.*

pag. 1. ed. Petav.

*ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

ΚΑΤΑ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ ΤΟ ΕΠΙΚΛΗΘΕΝ

ΠΑΝΑΡΙΟΝ

ΕΙΤΟΥΝ ΚΙΒΩΤΙΟΝ.

Κεφ. α'. *Ἀρχόμενος πίστιν τε καὶ ἀπιστίαν, εὐδοξίαν τε καὶ ἑτεροδοξίαν ἀναγγέλλειν τε καὶ λέγειν, μνησθήσομαι τῆς ἀρχῆς τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς καὶ ἀκολουθίας, οὐ διὰ τῆς [1] ἐμαυτοῦ δυνάμεως, οὐδὲ [2] ὑπὸ ἰδίων λογισμῶν ὁρμώμενος, ἀλλ' ὡς ὁ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης καὶ ἐλεήμων ἀπεκάλυψε τοῖς ἑαυτοῦ προφήταις, καὶ δι' αὐτῶν ἡμᾶς τῆς τοῦ παντὸς γνώσεως κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἀνθρωπείᾳ φύσει κατηξίωσε. Καὶ ἀρχόμενος περὶ τούτων εὐθὺς διασκοπεῖν πρῶτον μὲν οὐκ ἐν μικρῷ ἀγῶνι καθίσταμαι, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δέδια ἐπιβαλλόμενος ἔργῳ οὐ τῷ τυχόντι, καὶ ἐπικαλοῦμαι αὐτὸν τὸν ἅγιον [3] θεὸν
pag. 2. καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ [4] υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, ὅπως καταυγάσῃ τῆς ἡμετέρας εὐτελείας τὸν νοῦν πρὸς φωτισμὸν τῆς [5] περὶ τούτων γνώσεως. Οἱ μὲν γὰρ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς, ποιηταί τε καὶ λογογράφοι, ἐπιβαλλόμενοί τινι μυθώδει συγγράμματι Μοῦσάν τινα ἐπεκαλοῦντο· οὐ γὰρ θεόν. Δαιμονιώδης γὰρ παρ' [6] αὐτοῖς ἡ σοφία καὶ ἐπίγειος, καὶ οὐκ ἄνωθεν κατερχομένη, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἡμεῖς δὲ ἐπικαλούμεθα τὸν τῶν ὅλων ἅγιον δεσπότην ἀντιλαβέσθαι τῆς ἡμῶν πτωχείας καὶ ἐμπνεῦσαι τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, εἰς τὸ μηδὲν παραπεποιημένον εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γραφὴν συντάξαι, καὶ αὐτὸ τοῦτο αἰτησάμενοι, τὴν ἑαυτῶν ἀνικανότητα γινώσκοντες, κατὰ [7] τὸ μέτρον τῆς πίστεως καὶ κατὰ ἀναλογίαν δωρήσασθαι τὸν αὐτὸν ἡμῖν παρακαλοῦμεν.*

* *Cod. Venetus titulum habet hunc:* Ἐπιφανίου ἐπισκόπου κατὰ αἱρέσεων τὸ ἐπικληθὲν πανάριον εἴτουν κιβώτιον. *At supra in operis initio ei inscriptum legitur* Τὰ Πανάρια.

Cap. I. — 1. ἐμαυτοῦ, *quam scripturam ex vetere aliquo libro annotatum etiam in marg. edit. Petav. invenio, edidi ex cod. Veneto. Vulgo* ἑαυτοῦ.

2. *Sic codd. Ven. Rhedig. et editi libri. Petavius suspicabatur* ἀπό.

S. EPIPHANII

CONSTANTIAE QUAE IN CYPRO EST EPISCOPI

ADVERSUS LXXX HAERESES OPUS QUOD

PANARIUM

SIVE ARCULA INSCRIBITUR.

Instituenti mihi de fide pariter et infidelitate, deque rectis ac perversis dogmatibus sermonem ingredi omnium primo de mundi procreatione, deque iis quae deinceps sunt consecuta, facienda mentio est. Idque ego non meis viribus aut privatis ratiocinationibus fretus aggrediar, sed quatenus quidem dominus omnium ac misericors deus prophetis suis aperuit, eorumque nobis beneficio universarum rerum notitiam, quantum hominum natura fert, impertire dignatus est. Me vero iam tum ipso disputationis initio angit haud mediocriter atque terret suscepti operis magnitudo. Quare sanctissimum illum deum, eiusque filium unicum Iesum Christum, nec non et sanctum eius spiritum appello, ut ad huiusce rei illustrandam cognitionem mentem nostram divina luce perfundat. Ut enim gentiles scriptores, tam poetae quam alterius generis, solent, cum fabulosum aliquod opus instituunt, Musarum implorare quampiam — neque enim deum invocant ii quorum omnis ex daemonum afflatu progressa sapientia est, eademque terrena, nec e superioribus, ut scriptum est, descendens, — ita nos rerum omnium moderatorem ac dominum rogamus ut adesse tenuitati nostrae velit, ac sanctum nobis spiritum immittere, ne quid in opere proposito contexendo falsum et adulterinum misceamus. Quem nos spiritum imbecillitatis nostrae conscii pro fidei modo ac ratione donari nobis magnopere precamur.

Cap. I.

Iac. 3, 15.

3. θεὸν, *quod vulgo desideratur, restitui ex cod. Veneto.*
4. υἱὸν *cod. Ven.* παῖδα *reliqui libri.*
5. περὶ τούτων *cod. Ven.,* τούτου *reliqui libri.*
6. αὐτοῖς *codd. Venet. et Rhediger. Vulgo* αὐτῆς.
7. τὸ *adieci ex cod. Ven.*

Κεφ. β'. Ἔστω δὲ ὁ σκοπὸς [1] παντὶ τῷ ἐντυγχάνοντι περὶ παντὸς τοῦ ζητήματος, [2] ὡς τῶν καιρῶν ἐστι καὶ χρόνων τὰ [3] ἐφευρήματα ὅσα ἠδυνήθη ὁ [4] μικρὸς ἡμῶν νοῦς ἐξασκηθεὶς καταλαβέσθαι, καὶ οὐ πάντως που ἐπαγγελλόμεθα πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. Ἄφατα γάρ ἐστι καὶ φατὰ, ἀμύθητά τε καὶ ἐν ἀριθμῷ [5] μὴ [6] καθιστάμενα, καὶ, ὅσον μὲν εἰς ἀνθρώπους ἧκεν, ἀνέφικτα, μόνῳ δὲ τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ γινωσκόμενα. Τὸ δὲ ἐπάγγελμα ἔχει περὶ διαφορᾶς δοξῶν τε καὶ γνώσεων, ἐπαγγελμάτων τε πίστεως [7] ἐκ θεοῦ καὶ ἀπιστίας, αἱρέσεών τε καὶ κακοδόξου γνώμης ἀνθρωπείας ὑπὸ πεπλανημένων ανδρῶν ἐν κόσμῳ ἐσπαρμένης, ἐξότε ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς πέπλασται ἄχρι τοῦ ἡμετέρου χρόνου, τουτέστι βασιλείας [8] Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ἑνδεκάτου ἔτους, καὶ Γρατιανοῦ. Τῶν δὲ ὑφ' ἡμῶν μελλόντων εἰς γνῶσιν τῶν ἐντυγχανόντων ἥκειν αἱρέσεών τε καὶ τῶν ἀνωτάτω τὰ μὲν ἐκ φιλομαθείας ἴσμεν, τὰ δὲ ἐξ ἀκοῆς κατειλήφαμεν, τοῖς δέ τισιν ἰδίοις ὠσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς παρετύχομεν, καὶ τῶν μὲν τὰς ῥίζας καὶ τὰ διδάγματα ἐξ ἀκριβοῦς ἐπαγγελίας ἀποδοῦναι πεπιστεύκαμεν, τῶν δὲ μέρος τι τῶν [9] παρ' αὐταῖς [10] γινομένων· ἐξ ὧν τοῦτο μὲν διὰ συνταγμάτων παλαιῶν συγγραφέων, τοῦτο δὲ δι' ἀκοῆς ἀνθρώπων ἀκρι-
pag. 3. βῶς πιστωσαμένων τὴν ἡμῶν ἔννοιαν ἔγνωμεν. Τοῦτο δὲ τὸ πᾶν συνηγάγομεν φρόντισμα, οὐ δι' ἑαυτῶν ἐπιβαλλόμενοι, οὐκ ἐπεντριβέντες ἐπαγγελίαις ὑπερβαινούσαις τὴν ἡμῶν βραχυλογίαν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν τοῦτον τὸν λόγον, ὃν συνθεῖναι ηὐδοκήσαμεν θεοῦ βουλήσει, ἐξ ἀνδρῶν [11] φιλοκάλων, ἄλλοθι [12] ἄλλως καὶ ἄλλοτε ἄλλως νυξάντων τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν, καὶ βιασαμένων ἡμᾶς, ὡς εἰπεῖν, παρελθεῖν εἰς τοῦτο, ὡς ἡ ὑμῶν τιμιότης γράφουσα διὰ [13] προσρητικῶν γραμμάτων ἤτησεν, ὦ τιμιώτατοί μου ἀδελφοὶ καὶ [14] φιλοκαλώτατοι Ἀκάκιε καὶ Παῦλε συμπρεσβύτεροι· ἐπεὶ οὖν πανταχόθεν οὐκ ἀθεεὶ [15] διασκοπήσας τὰς ψήφους τῶν αἰτήσεων διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν τοῦ θεοῦ δούλων ἀγάπην [16] εἴσω παρελθεῖν κατηξίωμαι, οὐ δι' εὐεπείας λόγων, οὐ στωμύλοις τισὶ φθογγαῖς, ἀλλ' ἁπλῇ τῇ διαλέκτῳ, ἁπλῷ τῷ λόγῳ, ἀκριβείᾳ δὲ τῶν ἐν τῷ λόγῳ δηλουμένων, ἄρξομαι τοῦ λέγειν.

Κεφ. γ'. Καὶ Νίκανδρος μὲν ὁ συγγραφεὺς θηρῶν τε καὶ ἑρπετῶν ἐποιήσατο τῶν φύσεων τὴν γνῶσιν, ἄλλοι δὲ συγγραφεῖς ῥιζῶν τε καὶ

Cap. II. — 1. παντὶ *om. cod. Venet.*
2. ὅτι *cod. Ven.*
3. ἐφευρήματα *cod. Venet. Vulgo* ὑφευρήματα.
4. σμικρὸς *cod. Ven.*
5. μὴ *non habet cod. Ven.*
6. καθεστάμενα *cod. Rhedig.*
7. τε θεοῦ καὶ ἀπιστείας *cod. Ven.*
8. *Ita cod. Ven. Vulgo* Οὐαλεντινοῦ.
9. παρ' αὐταῖς *correxi cod. Veneti inprimis secutus scripturam, in quo extat* παρ' αὐτοῖς. *Vulgo legitur* ἀπ' αὐτῆς, *quod nihili est.*
10. γιγνομένων *cod. Ven.*
11. φιλοκάλων *cod. Venet. Vulgo* φιλοσόφων.
12. ἄλλων *volebat Petavius.*
13. προσρητικῶν *cod. Ven.* προσφω-

Caeterum qui haec nostra cuiuscumque quaestionis gratia legent, id ante oculos habeant velim, pro temporum occasionumque copia inventa haec esse a nobis omnia, quaecumque pro huius ingenioli facultate investigare potuimus, neque omnium quae in mundo sunt tractationem hoc in opere profiteri. Nam neque percenseri dicendo, neque numero comprehendi possunt, atque ut humanarum virium captum exuperant, ita soli omnium domino perspecta sunt et cognita. Sed ea demum instituti nostri ratio est, ut opiniones cognitionesque varias, ac tam fidei quam infidelitatis professiones, haereses item ac prava dogmata complectar, quae errore circumventi homines toto orbe disseminarunt; ex quo primum humanum genus in terra conditum est ad hodiernum usque tempus, qui est Valentiniani et Valentis annus XI., Gratiani VII. Atque illa quidem, quae de haeresibus aut haeresi omni superioribus institutis disserere ac lectoribus proponere aggredimur, sunt a nobis partim doctrina ac lectione cognita, partim auditione percepta, partim etiam auribus ipsis oculisque subiecta. Ad haec nonnullarum sectarum origines, cum dogmatibus ipsis accurate ita uti professi sumus, tradituros nos esse confidimus; in aliis partem eorum duntaxat attingemus quae ab illis ipsis exorta sunt, quantum quidem vel ex monumentis veterum, vel ex hominum narratione qui plenissimam nobis fidem fecerant haurire potuimus. Sed in eam totam lucubrationem sic incubuimus, non ut per nos ipsos sponte capesseremus, aut in ea nos argumenta perperam immitteremus, quae virium nostrarum exiguitatem superant: neque enim aliunde opus illud, quod prae manibus est, aggressi sumus, quam quod volente deo variis locis ac temporibus nostra ad id agendum sollicitata a sapientibus viris imbecillitas est, imo etiam propemodum coacta. Quorum e numero vos ipsi quoque, Acaci ac Paule, venerandi fratres et honestissimi sacerdotii collegae, idem a me propheticis literis postulastis. Igitur quoniam non sine divino numine ex immensa dei servorum caritate tot in unum video collata petitionum suffragia, quod a me tam enixe flagitatum est, nullo neque orationis cultu neque vocum lenociniis, sed simplicibus verbis rudique sermone, certissima tamen omnium quae proponenda sunt fide, initium dicendi faciam. Cap. II.

Ac Nicander quidem poeta de serpentium ac reptilium natura disseruit. Alii vero scriptores de radicum herbarumque viribus Cap. III.

νητικῶν *coniecit Petavius, et Ios. Scaliger. Vulgo extat* προφητικῶν.

14. *Ita cod. Ven. Vulgo* φιλοκαλότατοι.

15. διασκοπήσας τὰς *dedi ex cod. Veneto. Reliqui libri* διασκοπήσαντας *habent. Ios. Scaligero placuit* διεσκόπησα τάς.

16. εἴσω *cod. Venet.* εἰς ὃ *vulgo extat.*

βοτανῶν τὰς ὕλας, ὡς Διοσκουρίδης μὲν ὁ ὑλοτόμος, Πάμφιλός τε καὶ Μιθριδάτης ὁ βασιλεὺς, Καλλισθένης τε καὶ Φίλων, Ἰόλαός τε ὁ Βιθυνὸς καὶ [1] Ἡρακλείδης ὁ [2] Ταραντινὸς, [3] Κρατεύας ὁ ῥιζοτόμος, Ἀνδρέας τε καὶ Βᾶσσος ὁ Τύλιος, Νικήρατος, καὶ Πετρώνιος Νίγερ, καὶ Διόδοτος, καὶ ἄλλοι τινές. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἡμεῖς τὰς τῶν αἱρέσεων ῥίζας τε καὶ γνώμας πειρώμενοι ἀποκαλύπτειν, οὐ βλάβης [4] ἕνεκεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ καθάπερ τοῖς προειρημένοις συγγραφεῦσι διὰ σπουδῆς ἐγένετο οὐ τὸ κακὸν σημᾶναι, ἀλλὰ πρὸς φόβον καὶ ἀσφάλειαν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, εἰς τὸ γινώσκειν τὰ δεινὰ καὶ ὀλετήρια, καὶ προασφαλίζεσθαι, καὶ διαδιδράσκειν σὺν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει, διὰ τοῦ προσέχειν καὶ μὴ [5] συναμιλλᾶσθαι, τοῖς δὲ καὶ τοιούτοις περιτυχοῦσι καὶ ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐπιβουλευθεῖσιν, ἢ δι' ἐμφυσήματος, ἢ δήγματος, ἢ θεωρίας, οἱ αὐτοὶ [6] ταῦτα μεριμνήσαντες καὶ ἀλεξητήρια ῥιζῶν τε καὶ βοτανῶν προετύπωσαν πρὸς ἀθέτησιν τῆς τῶν προειρημένων ἑρπετῶν μοχθηρίας, οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ πόνημα διὰ τῆς τῶν προειρημένων [7] ἀποτροπῆς καὶ [8] ὑμῶν, ποθεινότατοι, εἰς τὸ
pag. 4. ἀποκαλύψαι τῶν δεινῶν ἑρπετῶν καὶ θηρίων μορφάς [9] τε ἀνιαρὰς καὶ δήγματα ὀλετήρια· πρὸς ἀντίθεσιν δὲ τούτων ὅσαπερ δυνάμεθα ἐν συντόμῳ, [10] εἴπου ἓν ἢ δύο ῥήματα, εἰς τὸ ἀνακρούσασθαι μὲν αὐτῶν τὸν ἰὸν, σῶσαι δὲ τὸν βουλόμενον μετὰ τὸν κύριον καὶ [11] κατὰ ἑκουσίαν γνώμην καὶ ἀκουσίαν εἰς τὰ αὐτὰ ἑρπετώδη τῶν αἱρέσεων διδάγματα παραπεπτωκότα, ἀντιδότων δίκην παραθησόμεθα.

Κεφ. δ'. Καὶ γὰρ ἀπαρχῆς Ἀδὰμ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πλασθεὶς ἀπὸ γῆς καὶ λαβὼν τὸ ἐμφύσημα ἐξωογονήθη· οὐ γὰρ, ὥς τινες οἴονται, ἀπὸ πέμπτης ἤρξατο, καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἐπλάσθη. Ἔσφαλται γὰρ ἡ τῶν λεγόντων τοῦτο διάνοια. [1] Ἁπλοῦς τε ἦν καὶ ἄκακος, οὐκ ὄνομά τι κεκτημένος ἕτερον, οὐ δόξης, οὐ γνώμης, οὐ βίου διακρίσεως ἐπίκλησιν κεκτημένος, ἢ Ἀδὰμ μόνον κληθεὶς, τὸ ἑρμηνευόμενον ἄνθρωπος. Τούτῳ πλάσσεται ἐξ αὐτοῦ ὁμοία αὐτῷ γυνὴ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ σώματος [2] καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐμφυσήματος· παῖδες δὲ γεννῶνται τούτῳ ἄῤῥενές [3] τε καὶ θήλειαι. Καὶ βιώσας ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα τὸ χρέων ἀπέδωκε. Τούτου παῖς Σὴθ, υἱὸς δὲ τούτου [4] Ἐνὼς, καὶ κατὰ διαδοχὴν Καϊνὰν, [5] Μαλελεὴλ, Ἰάρεδ. [6] Ὡς δὲ ἡ παράδοσις ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα, ἐντεῦθεν ἤρξατο ἡ κακομηχανία ἐν κόσμῳ γίνε-

Cap. III. — 1. Ἡρακλείδας cod. Ven.

2. *Ita cod. Ven., et editi libri. In cod. Rhedig. extat* Ταραιγινὸς, *quam scripturam in marg. edit. Petav. quoque ex cod. ms. nescio quo annotatam invenio.*

3. κρατεύσας *cod. Rhedig.*

4. ἕνεκα τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσιν *cod. Venet.*

5. συναμιλλᾶσθαι, τοῖς δηλητηρίοις τοιούτοις *cod. Venet. Quod mutandum videtur in* συναμιλλᾶσθαι, τοῖς δὲ δηλητηρίοις, *vel* συναμ., τοῖς δ' ὀλετηρίοις.

6. τὰ αὐτὰ *cod. Ven.*

7. ἀποτροπῆς *cod. Venet.* προτροπῆς *vulgata est scriptura.*

8. ὑμῶν *cod. Venet. Vulgo* ἡμῶν.

commentarios ediderunt, ut Dioscorides herbarius, et Pamphilus, ac Mithridates rex, et Callisthenes, ac Philo, nec non et Iolaus Bithynus et Heraclides Tarantinus, et Crateus herbarius, et Andreas ac Bassus Tylius, et Niceratus, ac Petronius Niger, et Diodotus, aliique nonnulli. Quorum exemplo nos haereseon radices et opiniones patefacere conabimur, non ut fraudi lectoribus ista sint, sed quemadmodum quos proxime commemoravi scriptores, non ut malum indicarent ista tradiderunt, sed ut humanum sibi genus caveret ac securitati suae consuleret, dum iis quae perniciosa ac letalia forent cognitis opitulante deo adversus haec munire se ac declinare possent, sibique providerent ipsi, nec cum noxiis illis rebus experiri vellent. Atque ut omnium in gratiam qui in serpentes incurrissent, aut quoquomodo perniciem ab iis contraxissent, sive pestifero quodam afflatu, sive morsu, sive aspectu denique ipso vitiati, iidem illi qui in eiusmodi lucubrationes incubuerant contra illarum virus quaedam ex radicibus atque herbis remedia compararunt, sic nos eiusdem instituti opus istud cum eorum quos ante dixi, tum vestro, fratres carissimi, hortatu suscepimus, ut exitialium serpentum ac bestiarum molestas species ac letiferos morsus explicaremus. In quo quidem hoc una praestabimus, ut adversus illa quicquid in nobis situm erit, paucis, uno scilicet atque altero verbo, velut antidotum opponamus, quo et illorum venena propulsemus et, secundum deum, quemlibet qui vel sponte vel invitus in haeretica illa dogmata velut serpentum virus inciderit, si quidem velit ipse, liberare possimus.

Etenim Adamus initio rerum omnium VI. die de terra forma- Cap. IV.
tus, afflatu dei vitali spiritu perfusus est. Neque enim, ut nonnullis placet, quinta die inchoatus sexta demum absolutus est, quod qui asserunt magnopere falluntur. Tum vero simplex atque integer erat, neque altero quopiam nomine aut opinione ac sententia, aut disparis vitae appellatione censebatur; nec aliud quam Adami vocabulum ei impositum erat, quod hominem interpretamur. Ex ipsomet porro similis ei mulier, eodem, inquam, e corpore atque ex eodem afflatu procreata, liberi utriusque sexus geniti sunt. Cumque annos vixisset DCCCCXXX, ex hac vita discessit. Adami filius Sethus Gen. 5.
extitit, huius Enos, ac deinceps Cainanus, Malaleelus et Iaredus. Hinc, ut a maioribus accepimus, fraus ac scelus in orbem terrarum

9. τε καὶ ἰοὺς καὶ δήγματα *cod. Venet.*
10. ἤπου *cod. Venet.*
11. καθ' ἑκουσίαν *cod. Ven.*
Cap. IV. — 1. *In marg. edit. Petav. scripturam invenio* ἁπλοῦς οὖν.
2. καὶ *om. cod. Ven.*
3. τε *om. cod. Venet.*
4. *Ita cod. Venet. Vulgo* Ἑνός.
5. *Ita cod. Venet. Vulgo* Μαλαλεὴλ.
6. *Citat hunc locum auctor Chronici Pasch. p.* 39 *sq. ed. Bonn.*

σθαι, καὶ ἀπ' ἀρχῆς μὲν διὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς, ἔπειτα [7] δὲ διὰ τῆς τοῦ Κάϊν ἀδελφοκτονίας, νῦν δὲ, ἐν χρόνοις τοῦ Ἰάρεδ καὶ ἐπέκεινα, φαρμακεία [8] καὶ μαγεία, [9] ἀσέλγεια, μοιχεία [10] τε καὶ ἀδικία. Οὐ γνώμη τις ἑτέρα, οὐ δόξα μετηλλαγμένη, ἀλλὰ μία [11] γλῶσσα καὶ γένος ἓν ἐπὶ γῆς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐσπαρμένον. Τούτῳ δὲ τῷ Ἰάρεδ γίνεται παῖς τοὔνομα Ἐνὼχ, ὃς εὐηρέστησε τῷ θεῷ, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Μετέθηκε γὰρ αὐτὸν ὁ θεὸς, καὶ οὐκ εἶδε θάνατον. Ἐνὼχ δὲ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα, Μαθουσάλα τὸν Λάμεχ, Λάμεχ τὸν Νῶε. Καὶ ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισία κατακλυσμὸν ὕδατος ἐπενέγκασα τῇ οἰκουμένῃ πᾶσαν σάρκα ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ἄλλων ἐξήλειψεν, ἐφύλαξε [12] δὲ ἐν λάρνακι διὰ προστάγματος τὸν Νῶε, εὐαρεστήσαντα ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ εὑρόντα χάριν, αὐτόν [13] τε τὸν προδεδηλωμένον Νῶε καὶ τοὺς
pag. 5. τρεῖς υἱοὺς αὐτοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, τήν τε ἰδίαν σύζυγον καὶ τῶν τριῶν υἱῶν τὰς τρεῖς γυναῖκας, ὥςτε ἀνθρώπων ψυχὰς ὀκτὼ ἐν τῇ τότε λάρνακι διασώσασθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἀπὸ παντὸς γένους [14] θηρῶν τε καὶ ζώων, κτηνῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ γῆς, πρὸς σύστασιν πάλιν τῆς ἐν κόσμῳ πάντων ὑποστάσεως, [15] ἀπό τινων μὲν δύο δύο, ἀπὸ δὲ ἄλλων ἑπτὰ ἑπτά. Καὶ οὕτω παρῆλθε δεκάτη γενεὰ [16] δι' ἐτῶν δισχιλίων διακοσίων ἑξηκονταδύο. Καὶ ὁ κατακλυσμὸς πέπαυται, καὶ Νῶε καὶ ὁ αὐτοῦ οἶκος λείψανον τῷ κόσμῳ [17] γεγένηται. Οὔπω δὲ [18] ἑτεροδοξία, οὐκ ἔθνος τι διαφερόμενον, οὐκ ὄνομα αἱρέσεως, ἀλλ' [19] οὐδὲ εἰδωλολατρεία. Ἐπειδὴ δὲ ἕκαστος ἀνθρώπων ἰδίᾳ γνώμῃ ἐστοίχει (νόμος γὰρ [20] εἷς οὐδαμοῦ ἐτύγχανεν, ἕκαστος γὰρ ἑαυτῷ νόμος ἐγίνετο, καὶ τῇ ἰδίᾳ γνώμῃ ἐστοίχει), [21] καθὼς παρὰ τῷ ἀποστόλῳ ἡ χρῆσις, οὐ μόνον Βαρβαρισμοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, φησὶ γὰρ, [22] Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐχ Ἕλλην, οὐκ Ἰουδαῖος, — Βαρβαρισμὸς τότε ἐκαλεῖτο ἐν ταῖς δέκα γενεαῖς τοῦ χρόνου τὸ ἐπώνυμον. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐπιστάσης τῆς λάρνακος τοῦ Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ ἀνὰ μέσον Ἀρμενίων καὶ [23] Καρδυέων ἐν τῷ [24] Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ, ἐκεῖσε [25] πρῶτον κατοίκησις γίνεται μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ἀνθρώπων, κἀκεῖ φυτεύει ἀμπελῶνα Νῶε ὁ προφήτης, οἰκιστής τε γίνεται τοῦ τόπου. Γίνονται δὲ τοῖς αὐτοῦ παισὶν (οὐ γὰρ ἔτι αὐτὸν ἐμφαίνει γεγεννηκέναι) παῖδες καὶ παίδων παῖδες, ἕως πέμπτης γενεᾶς ἐτῶν ἑξακοσίων πεντηκονταεννέα, πάρεξ τοῦ Σήμ.

7. δὲ *om. cod. Venet.*
8. καὶ *om. cod. Venet.*
9. ἀσέλγεια *om. cod. Venet.*
10. τε *om. cod. Venet. — Fortasse reponendum est* φαρμακείᾳ καὶ μαγείᾳ, ἀσελγείᾳ, μοιχείᾳ τε καὶ ἀδικίᾳ.
11. γλῶττα *cod. Venet.*
12. δὲ *cod. Venet. Vulgo* τε.
13. τε *cod. Venet. Vulgo* δὲ.
14. θηρίων *cod. Venet.*
15. ἀπὸ πετεινῶν μὲν *cod. Venet.*
16. δι' *om. cod. Ven.*
17. *Suspicor in cod. Ven. extare* γεγένηνται.

grassari coepit, quod primum ab Adami contumacia natum, inde Caini parricidio corroboratum fuerat. Iaredi vero tempore ac deinceps postea veneficia, malae artes, petulantia, adulteria atque improbitas omnis erupit. Nec dum tamen diversa ulla erat opinio, neque dogma contrarium, sed una duntaxat lingua, perinde ac genus unum sub idem tempus in terra dissipatum. Post haec Iaredus Enochum filium habuit, qui deo gratus fuit; neque inventus est. Hunc enim transtulit deus, nec mortem obiit. Enochi filius Mathusalas fuit, qui Lamechum genuit, Lamechus Noëmum. Sub quo divina tandem iustitia eluvione aquarum in mundum immissa genus animantium omne funditus extinxit. Unus in arca Noëmus dei iussu servatus est, utpote eidem acceptus et cumprimis apud illum gratiosus. Hic inquam cum tribus liberis, Semo, Chamo, ac Iapheto, nec non et uxore tam sua quam filiorum ereptus est, adeo ut octo non amplius capita ab hoc diluvio in arca servata fuerint, itemque ex omni bestiarum et animantium genere, velut pecudum et aliorum eiusmodi, ad restituenda postmodum in integrum omnia, ex nonnullis duo, ex aliis septena liberata sint. Hoc modo decima transacta generatio est anno ab orbe condito MMCCLXII. Inde cessante diluvio penes Noëmum cum familia sua resederunt generis hu- Gen. 7.
mani reliquiae, cum nulla adhuc esset dogmatum varietas, nec ulla gens ab alia discreparet, nullum haeresis nomen, idololatria nulla uspiam esset. Et quoniam suo quisque arbitrio vitam instituebat (neque enim una lex omnibus adhuc praescripta fuerat, sed unusquisque legis sibi vicem praestabat atque ex voluntate sua degebat, pro eo ac Barbarismi aliorumque eiusmodi appellationibus usus est apostolus cum ita loquitur: *In Christo Iesu neque barbarus, neque* Coloss.
Scytha, neque Graecus, neque Iudaeus est), illorum temporum status, 3, 11.
qui sub decem generationibus fuit, Barbarismi voce cognominatus est. Post diluvium cum in Ararati montibus, Armeniam inter et Cardyeos in Lubare colle Noëmi arca constitisset, illic prima homi- Gen. 9.
num secundum diluvium habitatio fuit. Ibidemque Noëmus propheta vitem consevit, ac domicilium constituit. Cuius liberis (hunc enim ipsum generare desiisse sacrae literae significant) filii ac nepotes ad quintam usque generationem nati sunt, ad annos scilicet DCLIX

18. οὐχ ἑτεροδοξία *cod. Venet.*
19. οὔπω *cod. Venet.*
20. οὐδὲ εἷς *cod. Venet.*
21. καθὼς *desideratur in cod. Ven. Parenthesin Cornarius et Petavius cluserunt demum post verba* οὐκ Ἰουδαῖος.
22. Ἐν Χριστῷ *cod. Ven. Vulgo* Ἐν γὰρ Χριστῷ.

23. Καυκασίων *cod. Venet.* — Καρδυέα *terra enumeratur infra haer.* 66, 83. *Caspiam inter et Mediam. Cf. etiam haer.* 18, 3.
24. Λουβὲρ *cod. Venet. h. l. pariter et infra cap.* 5.
25. πρώτως *cod. Ven.*

[26] Κατ' ἀκολουθίαν δὲ τοῦ [27] ἑνὸς υἱοῦ διέξειμι τὴν γενεαλογίαν. Σὴμ τοίνυν γενεᾷ τὸν [28] Ἀρφαξὰδ, Ἀρφαξὰδ τὸν Κηνᾶ, Κηνᾶ τὸν Σαλᾶ, Σαλᾶ τὸν Ἔβερ, εὐλαβῆ καὶ θεοσεβῆ, Ἔβερ τὸν Φαλέκ.

Κεφ. ε'. Καὶ οὐδὲν ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐχ αἵρεσις, οὐ γνώμη ἑτέρα καὶ ἑτέρα, ἀλλ' ἢ μόνον ἄνθρωποι ἐκαλοῦντο, ἑνὸς χείλους [1] καὶ μιᾶς γλώττης. Ἦν δὲ μόνον ἀσέβεια καὶ εὐσέβεια ὁ κατὰ φύσιν νόμος, καὶ ἡ [2] κατὰ φύσιν ἑνὸς ἑκάστου προαίρεσις τοῦ θελήματος, καὶ οὐκ ἀπὸ διδασκαλίας, οὔτε ἀπὸ συγγραμμάτων συγγραφέων πλάνη, οὐκ Ἰουδαϊσμὸς, [3] οὐχ αἵρεσίς τις ἑτέρα, ἀλλ', ὡς εἰπεῖν, ἡ νῦν πίστις
pag. 6. ἐμπολιτευομένη ἐν τῇ ἄρτι ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀπ' ἀρχῆς οὖσα, καὶ ὕστερον πάλιν ἀποκαλυφθεῖσα. Τῷ γὰρ βουλομένῳ φιλαλήθως ἰδεῖν ἀρχὴ πάντων ἐστὶν ἡ καθολικὴ καὶ ἁγία ἐκκλησία, ἐξ αὐτοῦ τοῦ σκοποῦ. Ἀδὰμ γὰρ πρωτόπλαστος πέπλασται, οὐκ ἐμπερίτομος, ἀλλ' ἀκροβύστης μὲν τῇ σαρκί· οὐκ εἰδωλολάτρης δὲ ἦν, καὶ ᾔδει πατέρα θεὸν καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, προφήτης γὰρ ἦν. Οὐκ ἔχων τοίνυν περιτομὴν οὐκ ἦν Ἰουδαῖος, ξόανα δὲ μὴ προςκυνῶν, ἢ ἄλλο τι, οὐκ ἦν εἰδωλολάτρης· προφήτης γὰρ ὁ Ἀδὰμ, καὶ ᾔδει ὅτι ὁ πατὴρ εἶπε τῷ υἱῷ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. Τί οὖν ἦν μήτε περιτομὴν ἔχων, μήτε εἴδωλα σέβων; [4] ἀλλὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ τὸν χαρακτῆρα [5] ὑποφαίνων. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῦ Σὴθ, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐνὼς, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐνὼχ, καὶ ἐπὶ τοῦ Μαθουσάλα, καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἔβερ, ἄχρι τοῦ Ἀβραὰμ διαληπτέον. Ἐνήργει δὲ τότε εὐσέβειά τε καὶ ἀσέβεια, πίστις καὶ ἀπιστία· πίστις μὲν ἐπέχουσα τοῦ Χριστιανισμοῦ τὴν εἰκόνα, ἀπιστία δὲ ἐπέχουσα ἀσεβείας τὸν χαρακτῆρα καὶ παρανομίας, ἐναντία τοῦ κατὰ φύσιν νόμου, ἕως [6] τούτου τοῦ προδεδηλωμένου χρόνου. [7] Πέμπτῃ τοίνυν γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πληθυνόντων ἄρτι τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε, κατὰ διαδοχὴν [8] παίδων παῖδες καὶ τούτων παῖδες [9] γεγόνασιν ἑβδομηκονταδύο τὸν ἀριθμὸν ἐν κόσμῳ ἀρχηγέται καὶ κεφαλαιῶται. Ἐπεκτεινόμενοι δὲ καὶ πρόσω βαίνοντες ἀπὸ τοῦ [10] Λουβὰρ ὄρους καὶ ὁρίων τῆς Ἀρμενίας, τουτέστιν Ἀραρὰτ τῆς χώρας, γίνονται ἐν πεδίῳ Σενναὰρ, ἔνθα που ἐπελέξαντο. Κεῖται δὲ αὕτη ἡ Σενναὰρ νυνὶ ἐν χώρᾳ τῇ [11] Περσικῇ· ἦν δὲ τοῦτο πάλαι Ἀσσυρίων. Ἐκεῖσε τοίνυν [12] συνδοιάσαντες συμβούλιον λαμβάνουσι

26. κατὰ *cod. Ven.*
27. ἑνὸς υἱοῦ διέξειμι τὴν γενεαλογίαν *cod. Ven.* λόγου, ἔξειμι τὴν γενεαλογίαν τοῦ ἑνὸς υἱοῦ *vulgata est scriptura, quam tuetur etiam cod. Rhedig.*
28. ἀρφαδὰξ *cod. Rhedig. bis.*
Cap. V. — 1. καὶ *om. cod. Ven.*
2. *Placet scriptura cod. Veneti:* ἡ κατὰ φύσιν ἑκάστου θελήματος οὐκ ἀπὸ διδασκαλίας, οὔτε συγγραμμάτων συγγραφέων πλάνη.
3. *Auget cod. Venetus* οὐχ Ἑλληνισμός, οὐχ αἵρεσις ἑτέρα τις.
4. ἀλλ' ὅτι τοῦ *cod. Ven.*
5. ὑποφαίνων ἐδείκνυτο. οὕτω *cod. Ven.*
6. τούτου *om. cod. Venet.*
7. *Citat hunc locum auctor Chron. Paschalis pag. 45. ed. Bonn.*
8. παίδων παῖδες καὶ τούτων παῖδες

praeter Semum. Cuius unius prolem deinceps commemorabimus. Igitur Semus Arphaxadum genuit. Iste Cainam, Cainas Salam, Salas Eberum, hic Phalerum.

Nulla per id tempus in terris haeresis, opinionum nulla dis- Cap. V. sensio, cum universi sola hominis appellatione censerentur, labio uno unaque lingua praediti. Pietas porro atque impietas sola erat naturae lege, aut uniuscuiusque ad naturam accommodata voluntate definita, nec dum error emerserat sive disciplina comparatus, sive monumentis scriptorum traditus. Neque igitur Iudaismus, neque alia ulla secta prodierat, sed, ut ita dicam, illa eadem obtinebat quae hodie in sancta dei ecclesia ac catholica perseverat fides, quae cum ab ipsis rerum primordiis viguisset, rursus est postea patefacta. Etenim si quis ista solo veritatis studio impulsus velit expendere, non dubitabit sanctam atque catholicam ecclesiam primam omnium extitisse, dummodo scopum ipsum consideret. Adam enim hominum princeps a deo conditus non circumcisus, sed praeputio praeditus fuit. Neque tamen idola propterea coluit, et deum patrem cum filio, ac spiritu sancto, utpote propheta, cognovit. Quamobrem quod circumcisione caruit, Iudaeus esse non potuit; idololatra vero minime fuit, cum neque simulacra neque alia id genus adoraret. Fuit enim ille propheta, et hoc filio a patre dictum esse sciebat: *Faciamus hominem.* Quidnam igitur erat? Omnino neque circumcisus, neque Gen. 1, 26.
idolis addictus Christianae religionis imaginem referebat. Par idemque de Abelo, Setho, Enos, Enoch, Mathusala, Noëmo, Hebere ad Abraham usque iudicium esse debet. Tum enim religio perinde atque impietas, fides item et infidelitas hominum genus occupabat. Quarum fides Christianae sectae speciem adumbrabat; infidelitas impietatis ac sceleris erat notis insignita, eademque naturae lege dissidebat. Atque hic rerum status ad illud usque tempus, quod modo significavimus, deinceps perductus est. Caeterum quinta post diluvium aetate, cum a tribus Noëmi filiis propagari genus hominum coepisset, continuata sobolis successione duo ac septuaginta numero velut principes ac stirpis capita prodierunt. Ii cum longius processissent, et a monte Lubar Armeniaeque finibus, hoc est regione Ararat, ulteriora peragrassent, Senaaris in campum delati sunt, Gen. 2, 2.
quem locum sibi ipsi delegerunt. Caeterum Senaar hodie in Persarum regione sita est, quam olim Assyrii tenuerant. Igitur cum in

cod. Ven. τῶν παίδων, παῖδες *uterque editus liber.* παίδων παῖδες *codd. Rhedig. et Paris.*

9. γεγόνασιν *cod. Ven.* ἐγεγόνασιν *reliqui libri.*

10. Δουβὲρ *cod. Ven.* Δοβὰρ *cod. Rhedig.*

11. Περσίδι *cod. Venet.*

12. συνδιάσαντες (*h. e.* συνδυάσαντες) *cod. Venet.*

μετ' ἀλλήλων πύργον καὶ πόλιν οἰκοδομῆσαι. Ἀπὸ δὲ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ἀσίαν κεκλικότες ἐπωνομάσθησαν πάντες κατὰ τὴν [13] τοῦ χρόνου ἐπίκλησιν Σκύθαι. Κτίζουσι δὲ τὴν πυργοποιΐαν καὶ οἰκοδομοῦσι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ὁ θεὸς ἐπὶ τῷ ἔργῳ τῆς αὐτῶν ἀνοίας. Διεσκέδασε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομηκονταδύο διένειμε κατὰ [14] τὸν τῶν τότε ἀνδρῶν
pag. 7. *ἀριθμὸν εὑρεθέντα· ὅθεν καὶ Μέροπες οὗτοι κέκληνται, διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. Καὶ τὸν πύργον ἀνέμων βολὴ κατέστρεψεν. Ἐμερίσθησαν γοῦν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν δεξιά τε καὶ εὐώνυμα, οἳ μὲν παλίνορσοι ὅθεν ἐκβεβήκασιν, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὰ πρόσω τῆς ἀνατολῆς κεχωρηκότες, ἕτεροι δὲ τὴν Λιβύην κατειλήφασιν, ὡς καὶ περὶ τούτων τὴν ἀκρίβειαν εἴ τις ἐθέλοι καταλαβέσθαι, [15] εὕροι ἂν ἕκαστον τῶν προςκεχωρηκότων καθ' ἑκάστην τινὰ πατρίδα πῶς εἴληχε τὸν κλῆρον, ὡς ὁ [16] Μιστρὲμ μὲν διαδέχεται τὸν τῆς Αἰγύπτου κλῆρον, Χοὺς δὲ τὴν [17] Αἰθιοπίδα, [18] Φοὺς τὰ [19] Αὐξωμιτικὰ μέρη, [20] Ῥεγμὰ καὶ [21] Σαβακαθὰ καὶ [22] Θωυδὰν [23] καὶ Λοὺδ τὰ πρὸς τῇ Γαραμῶν χώρᾳ.*

Κεφ. ϛ'. *Καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ πλάτος ποιήσωμαι τὴν ἐνταῦθα σύνταξιν τοῦ προοιμίου, ἐλεύσομαι πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ κατὰ τὴν διαδοχὴν αὖθις ἐπιλήψομαι τῆς ἀκολουθίας. Μεταξὺ γοῦν τοῦ Ἔβερ καὶ τοῦ Φαλὲκ καὶ τῆς πυργοποιΐας καὶ [1] τῆς πρώτης πόλεως μετὰ τὸν κατακλυσμὸν κτισθείσης ἐπ' αὐτῇ τῇ οἰκοδομῇ ἀρχὴ λοιπὸν συμβουλίας ἀθροισμοῦ καὶ τυραννίδος γίνεται [2] Νεβρώθ. [3] Νεβρὼθ γὰρ βασιλεύει υἱὸς τοῦ [4] Χοὺς τοῦ Αἰθίοπος, ἐξ οὗ [5] Ἀσσοὺρ γεγέννηται. Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρὲχ γεγέννηται, καὶ ἐν [6] Ἀρφὰλ καὶ [7] Χαλάννῃ. Κτίζει δὲ καὶ τὴν [8] Θειρὰς καὶ τὴν Θόβελ καὶ Λόβον ἐν τῇ Ἀσσυρίων χώρᾳ. Τοῦτόν φασι παῖδες Ἑλλήνων εἶναι τὸν Ζωροάστρην, ὃς πρόσω χωρήσας ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκιστὴς γίνεται Βάκτρων. Ἐντεῦθεν [9] τὰ κατὰ τὴν γῆν παράνομα διανενέμηται. Ἐφευρέτης γὰρ οὗτος γεγέννηται κακῆς [10] διδαχῆς ἀστρολογίας καὶ μαγείας, ὥς τινές φασι περὶ τούτου τοῦ Ζωροάστρου· πλὴν ὡς ἡ ἀκρίβεια περιέχει, τοῦ Νεβρὼθ τοῦ γίγαντος οὗτος ἦν ὁ [11] χρόνος. Οὐ πολὺ δὲ ἀλλήλων τῷ χρόνῳ διεστήκασιν ἄμφω, ὅ τε Νεβρὼθ καὶ ὁ Ζωροάστρης. Φαλὲκ δὲ γεννᾷ τὸν [12] Ῥαγὰμ, Ῥαγὰμ τὸν Σεροὺχ τὸν ἑρμηνευόμενον Ἐρεθισμόν. Καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους [13] ἡ*

13. τοῦ χρόνου *cod. Ven.* χρόνου *reliqui libri.*

14. τὸν τῶν *cod. Ven. Vulgo* τῶν.

15. εὕροι ἂν *cod. Ven. Vulgo* εὕροι δ' αν.

16. Μιστρὸμ *cod. Venet.*

17. Αἰθιοπίδα *cod. Ven.* Αἰθίοπα *reliqui libri. Petavius suspicabatur* Αἰθιοπίαν, *ut legitur Ancorat. cap.* 57.

18. *Libri habent* Φοῦς.

19. Αὐξωμαιτικὰ *cod. Ven.* Ἀξιωματικὰ *cod. Rhedig. et editi libri. Cf. de varia huius nominis apud Epiphanium scriptura haer.* 66, 83., *et Ancor. cap.* 57. *et cap.* 114.

20. *Vulgo* Ῥεγμᾶ.

21. *Libri omnes* Σαβᾶ καθᾶ.

eo loco consilium habuissent, de turri urbeque illic extruenda inter se statuunt. Qui omnes quod ab Europae propinquo tractu in Asiae interiora penetrassent, insequenti tempore Scytharum cognomen adepti sunt. Ergo illi turrim et Babylonem aedificant. Sed divino numini de insana illa molitione displicuit. Ideoque dissipatis illorum linguis septuaginta duas ex una fecit, pro hominum numero qui illo tempore repertus est. Unde et Meropes a vocis divisione nuncupati. Turris ipsa denique ventorum impetu disiecta. Secundum haec illi per universum orbem dextra ac sinistra dispersi, alii eo rediere unde discesserant, alii longius ad orientem progressi sunt. In Africam nonnulli pervenerunt. Quod si quis ista diligentius indagare voluerit, quo illorum quisque sit profectus, quamve sortito ex omnibus regionem occuparit, facile deprehendet. Ita Mistrem in Aegypti possessionem invadit, Chus Aethiopiam obtinet, Psus Axumiticum Gen. 10. tractum, Rhegma, Sabacatha, Thoüdim et Elud Garamorum in regione constiterunt.

Verum ne diutius quam necesse sit in huius operis praefa- Cap. VI. tione commoremur, nostrum nos ad institutum referemus, atque inchoatam originum successionem denuo pertexemus. Igitur inter Heberis ac Phaleci tempora, cum et aedificata turris et prima omnium urbs post diluvium esset excitata, in ipsa operis extructione prima hominum coitio ac tyrannicus dominatus auctore Nembroth constitutus est. Primus iste regnum obtinuit, Chusi Aethiopis filius, ex quo natus Assur, qui Orechi, Arphale et Chalanne regnum exercuit. Quin et Thiras urbem condidit, et Thobelem, et Lobum in Gen. 10, 2. Assyria. Graeci Zoroastrem hunc fuisse memorant. Qui orientis interiora penetrans Bactrorum oppidum erexit. Indeque omnia, quae in orbem invecta sunt scelera, propagata dicuntur. Siquidem malae artes, astrologia videlicet ac magia auctore illo repertae sunt. Id quod Zoroastri a nonnullis tribuitur, revera ad Nembroth gigantis tempora pertinere putandum est. Quanquam inter utrumque non multum temporis interiectum est. Sed iis omissis Phalec Rhagam genuit, huius filius Seruch fuit, quod nomen provocationem significat. Hoc vero tempore idololatriae inter homines ac gentilium su-

22. Θωυδὰν *cod. Rhedig.* Θωϋὰν *cod. Ven.* Θωϋδὴν *editi libri.*
23. καὶ Λοὺδ *cod. Ven.* *Vulgo* καὶ Ἐλοὺδ.
Cap. VI. — 1. τῆς *om. cod. Ven.*
2. Νεβρώϑ *om. cod. Ven.*
3. Νεβρὼδ *cod. Ven.*
4. *Vulgo* Χοῦς.
5. Ἀσοῦρ *cod. Ven.*
6. *Ita omnes libri.*
7. Χαλλάνῃ *cod. Ven.*
8. Θήρας *cod. Ven.*
9. τὰ *om. cod. Ven.*
10. διαδοχῆς *cod. Venet.*
11. χρόνος. πολὺ δὲ Ἑλλήνων τῷ χρόνῳ *cod. Ven.*
12. *In cod. Ven., ubi hoc nomen semel tantum extat, suspicor scriptum esse* Ῥαγαοῦ.
13. ἡ *om. cod. Ven.*

[14] εἰδωλολατρία τε καὶ [15] ὁ Ἑλληνισμὸς, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. Οὔπω δὲ ἐν ξοάνοις καὶ ἐν τορείαις λίθων ἢ ξύλων ἢ ἀργυροτεύκτων ἢ χρυσοῦ [16] ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης πεποιημένης, μόνον
pag. 8. δὲ διὰ χρωμάτων καὶ εἰκόνων ἡ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια [17] ἑαυτῇ ἐφηύρατο τὴν κακίαν, καὶ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου καὶ λογιότητος καὶ νοῦ ἀντὶ τῆς ἀγαθότητος τὸ παράνομον ἐφηύρατο. Γίγνεται δὲ τῷ Σεροὺχ παῖς ὁ Ναχὼρ, Ναχὼρ δὲ γεννᾷ τὸν Θάρρα. Ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλασία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης, [18] διὰ τῆς τοῦ Θάρρα τούτου τέχνης. Περιέστη δὲ ὁ [19] αἰὼν εἰς εἰκοστὴν γενεὰν ἕως τούτου, ἐτῶν τρισχιλίων τριακοσίων τριακονταδύο. Καὶ οὐδεὶς πώποτε τῶν προτέρων ἀνθρώπων πρὸ πατρὸς υἱὸς ἐτελεύτα, ἀλλὰ πατέρες πρὸ παίδων τελευτῶντες τοὺς υἱοὺς διαδόχους κατελίμπανον. Καὶ μή τις λεγέτω περὶ τοῦ Ἄβελ· οὐ γὰρ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν. Ἐξότε Θάρρα ἀντίζηλον τῷ θεῷ προεστήσατο, διὰ τῆς ἰδίας πηλουργίας τεχνησάμενος, τὰ ὅμοια οἷς ἔπραξεν ἀπὸ τῆς δίκης ἀπείληφε, καὶ αὐτὸς παραζηλωθεὶς διὰ τοῦ ἰδίου τέκνου. Ὅθεν θαυμάσασα ἡ θεία γραφὴ ἐπεσημήνατο, λέγουσα, Καὶ ἀπέθανεν Ἀρρὰν ἐνώπιον [20] Θάρρα τοῦ [21] πατρὸς ἐν τῇ γῇ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ.

Κεφ. ζ. Ἕως τούτου [1] ἔμενε Σκυθική τις διαδοχὴ καὶ ἐπίκλησις. Οὔπω [2] δὲ ἦν τις αἵρεσις, οὔπω μηχανή τις ἑτέρα, ἢ μόνον πορνεία, [3] ἐπίνοια εἰδώλων. Καὶ μετέπειτα ἐθεοποιήσαντο ἢ κακοδαίμονας τυράννους ἢ γόητας φαντάσαντας τὴν οἰκουμένην, τιμήσαντες τὰ τούτων μνήματα, καὶ μετέπειτα [4] πολλῷ τῷ χρόνῳ τοὺς περὶ Κρόνον καὶ Δία, Ῥέαν τε καὶ Ἥραν, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτοὺς, ἔπειτα δὲ Ἀκινάκην σέβοντες [5] οἵ τε τῶν Σκυθῶν Σαυρομάται Ὀδρυσόν τε τῶν Θρακῶν προπάτορα, ἐξ οὗ τὸ γένος κατάγεται Φρυγῶν· ὅθεν καὶ Θρᾷκες ἀπὸ τοῦ Θήρας [6] ἐπίκλην τοῦ ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ γεγεννημένου καλοῦνται. Περιέστη δὲ πᾶς ὁ χρόνος, ἐντεῦθεν λαβούσης τῆς πλάνης ἀρχὴν εἰς τὸν προδηλούμενον καιρὸν, [7] φύρων λοιπὸν τὰς ὁδούς. [8] Συγγραφεῖς τε ἐντεῦθεν καὶ ἱστοριογράφοι ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἐρανισάμενοι ἐθνομύθου πλάνης, ὅθεν [9] δὴ τὰ τῆς φαρμακείας καὶ μαγείας ηὑρέθη. Μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς ἡλικίας

14. εἰδωλολατρία *codd. Ven. Rhedig. et edit. princ.* εἰδωλολατρεία *ed. Petav.*
15. ὁ *om. cod. Venet.*
16. ἢ ἄλλης τινος ὕλης πεποιημένης *cod. Venet.* ἢ ἐξ ἄλλης τινος ὕλης πεποιημένων *reliqui libri.*
17. ἑαυτῇ ἐφηύρατο *cod. Ven. Vulgo* ἐφ' ἑαυτῇ ηὕρισκε.
18. ἐκ *cod. Venet.*
19. αἰὼν *cod. Ven. Vulgo* ἀγὼν.
20. *Ita cod. Ven. Vulgo* Θάῤῥαν.
21. πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ τῆς γεννήσεως *cod. Venet.*

Cap. VII. — 1. ἔμεινε Σκυθία ἡ τῆς διαδοχῆς *cod. Venet.*
2. δὲ ἦν *om. cod. Ven.*
3. ἐπίνοια *pro glossemate habeo vocis* πορνεία.
4. ἔνθεν πολλῷ *cod. Venet.*

perstitionis initium est factum, quemadmodum a maioribus accepimus. Tametsi nondum ad simulacra caelatosque lapides, aut ligna, aut argenteas aureasque statuas alteriusve materiae superstitiosus ille cultus adhaeserat, nec aliud praeter colores atque effigies erat, in quo hominum mentes novum per sese nequitiae genus excogitarent, ac sponte sua proprioque animi ac rationis impetu pro honestate sibi sceleris turpitudinem adsciscerent. Sed ut ad institutum redeam, Serucho natus est Nachor; ab eo Tharra genitus est. Ex quo tempore simulacra primum ex argilla figlinoque opere reperta sunt, artifice Tharra, ad quem ter mille circiter et trecentorum ac triginta duorum annorum spatio ad usque vicesimam aetatem humani generis tempora propagata sunt. Nec in tanto hominum numero ullus adhuc filius ante parentem obierat, sed superstitibus relictis liberis patres ex hac vita migrabant. Nam quod Abelem obiicere quispiam posset, nequaquam procedit, cum is violenta morte praereptus fuerit. Posteaquam vero Tharra figlina arte deum velut aemulo quodam opposito provocare coepit, dignam factis suis mercedem reportavit, cum et ipse filii sui iactura vicissim quodammodo provocatus est. Quod quidem dei consilium admirans scriptura nominatim his verbis expressit: *Et mortuus est Arran coram Tharra patre in terra nativitatis suae.* Gen. 11, 28

Hucusque Scythica quaedam successio appellatioque mansit. Nulla vero adhuc haeresis erat, nec ullum aliud commentum praeter idololatriam irrepserat. Postea vero infelices tyrannos aut praestigiatores, qui incantationibus suis ac fallaciis totum orbem deceperant, divinis honoribus consecrarunt, eorumque monumenta venerati sunt. Inde longo post tempore Saturnum et Iovem, Opem ac Iunonem, caeterosque horum asseclas, tum Acinacem Sarmatae Scythici generis pro deo colere coeperunt, ut et Odrysum, a quo Thraces oriundi, indidemque et Phrygum genus originem accepit; ex quo etiam accidit ut a Thera, qui in illa turris aedificatione natus est, Thracum appellatio deducta sit. Deinceps errore in humanum genus introducto, ad illum usque quem attigimus terminum, depravatiora in dies sunt revoluta tempora. Hinc omnis illa scriptorum atque historicorum nata copia, qui ab Aegyptiorum fabulosis superstitionibus universa mutuati sunt. Unde et maleficia magicaeque artes exortae. Ea porro omnia tum a Cecropis aetate translata sunt Cap. VII.

5. *An recte haec verba intellexit et interpretatus est Petavius? Verto:* deinde vero Acinacem pro Scytharum, et Odrysum pro Thracum propatore et gentis auctore Sauromatae colere coeperunt.

6. ἐπικέκληνται τοῦ ἐν τ. π. γεγενημένου. περιέστη *cod. Venet.*

7. φρύγων *cod. Venet.*

8. συγγραφῆς ἔνθεν καὶ *cod. Venet.*

9. δὲ *cod. Venet.*

[10]τοῦ Κέκροπος. Καὶ ἦν μὲν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν [11]Νῖνος ἐν Ἀσσυρίοις καὶ Σεμίραμις, σύγχρονοι ὄντες τῷ Ἀβραὰμ, Αἰγυπτίων pag. 9. τε ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία. Οἱ ἐν [12]Σικυῶνι δὲ τότε μόνοι ἐβασιλεύοντο, ἧς βασιλείας ἀρχὴ γέγονεν Εὔρωψ.

Κεφ. η΄. Καὶ ὁ θεὸς ἐπιλέγεται τὸν Ἀβραὰμ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι τῆς ἁγίας καθολικῆς [1]καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστὸν καὶ ἐν εὐσεβείᾳ τελειότατον, ἐν γνώσει [2]προφήτην, ἐν βίῳ εὐαγγελικὴν κεκτημένον ἀναστροφήν. Οἴκοι γὰρ γέγονε πατέρα τιμῶν, καλούμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ τῶν οἰκείων ἀποτασσόμενος, πειθόμενος δὲ τῷ καλοῦντι, ὥςπερ οἱ περὶ Πέτρον καὶ [3]Ἀνδρέαν καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. Καὶ ἵνα μὴ πάλιν μηκύνω τὸν λόγον, συνελὼν ἐρῶ. Εἰς ἔτη γὰρ ἐλάσας οὗτος ὁ πατριάρχης ἐννενηκονταεννέα, ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρηματίζεται [4]εἰς περιτομήν. Καὶ ἄρχεται [5]ἐνθένδε ὁ χαρακτὴρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ μετὰ τὸν Ἑλληνισμόν· καὶ ἦν τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς εἰκοστὴ πρώτη γενεὰ, ἔτη δὲ τριςχίλια τετρακόσια [6]τριακονταέν. Καὶ ὁ Ἰουδαϊσμὸς ἀρχὴν ἐλάμβανεν. Σκυθισμὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄχρι τοῦ πύργου καὶ τοῦ Σεροὺχ, ἀπὸ δὲ τοῦ Σεροὺχ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ [7]καὶ δεῦρο Ἑλληνισμὸς, ἀπὸ δὲ Ἀβραὰμ οὔπω ἐπώνυμον ἦν αἱρέσεως, ἀλλ' ἢ μόνον [8]οἱ τῆς αὐτῆς θεοσεβείας [9]τοὔνομα ἔχοντες Ἀβραμιαῖοι ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐκαλοῦντο. Παῖδες γὰρ [10]τούτῳ ὑπῆρξαν ὀκτώ. Ἰσαὰκ δὲ [11]κληρονόμος μόνος ἦν, διότι καὶ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἐβίου, θεοσεβείᾳ προσανέχων, καὶ κατ' ἐπαγγελίαν θεοῦ τῷ πατρὶ ἐδεδώρητο. Ἔσχε δὲ πρὸ τούτου τὸν Ἰσμαὴλ [12]ἀπὸ παιδίσκης τῆς Ἄγαρ. [13]Χεττούρα δὲ τούτῳ τίκτει παῖδας ἕξ. Διεμερίσθησαν δὲ οὗτοι ἐπὶ τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν [14]καλουμένην, Ζεμβρὰν καὶ [15]Ἰέξαν καὶ [16]Ἰεσβὸκ καὶ Σωῦε καὶ Ἐμμαδὲμ καὶ Μαδιὰμ, καὶ ὁ τῆς παιδίσκης. Ἰσμαὴλ δὲ, ὡς ἔφην, τούτῳ ἦν ὄνομα. Καταλαμβάνει δὲ οὗτος καὶ κτίζει τὴν [17]Φαρὰν καλουμένην ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τούτῳ παῖδες γίνονται δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν αἱ φυλαὶ [18]τῶν Ἀγαρηνῶν, τῶν καὶ Ἰσμαηλιτῶν, Σαρακηνῶν δὲ τὰ νῦν καλουμένων. Γεννᾷ δὲ Ἰσαὰκ δύο παῖδας, Ἠσαῦ τε καὶ Ἰακώβ. Καὶ ἐκαλεῖτο τότε τὸ γένος τῶν θεοσεβῶν [19]Ἀβραμιαῖοί τε καὶ Ἰσαάκιοι. Διορισθέντος δὲ τοῦ Ἠσαῦ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ τῆς Χαναὰν κειμένης χώρας καὶ ἀνατολικῆς,

10. τοῦ *om. cod. Venet.*

11. Νῖνος *omnes libri, tam scripti quam editi.*

12. *Libri habent* Συκυῶνι.

Cap. VIII. — 1. καὶ ἀποστολικῆς *om. cod. Venet.*

2. προφήτην *cod. Venet. Vulgo* προφητῶν.

3. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἀνδρείαν.

4. εἰς *om. cod. Venet.*

5. ἔνθεν *cod. Venet.*

6. τριάκοντα ἓν Ἰουδαϊσμός. Σκύθαι γὰρ *cod. Venet.*

7. καὶ δεῦρο - - Ἀβραὰμ *om. cod. Venet.*

8. οἱ *om. cod. Ven.*

9. τοὔνομα Ἀβράμιοι. τοίνυν οἱ ἀπὸ Ἀβραάμ. Παῖδες γὰρ *cett. cod. Venet.*

10. ὑπῆρξαν τούτῳ *cod. Ven.*

11. ὁ κληρονόμος *cod. Ven.*

in Graeciam. Per illud tempus Ninus ac Semiramis Assyriis imperabant. Quorum aequalis Abraam fuit. Apud Aegyptios vero decima octava dynastia praeerat. Solique tum ex omnibus populis Sicyonii regio dominatu continebantur; cuius initium ab Europe profectum est.

Post haec eadem qua catholicam et apostolicam ecclesiam Cap. VIII.
figura, notaque Abraamum eligit deus, virum in praeputio fidelem ac religione pietateque perfectissimum, atque ut scientia prophetis parem, sic ad evangelicam disciplinam vitae instituto provectum. Erat tum domi patrem observans, cum dei oraculo vocatus domesticis renunciavit, et eum a quo vocatus erat secutus est, quemadmodum Petrus, Andreas, Iacobus et Ioannes postea fecerunt. Ac ne Gen. 17.
denuo sim longior, paucis omnia complectar. Cum igitur ad nonagesimum nonum aetatis annum patriarcha ille pervenisset, de circumcisione a deo responsum accepit. Inde Iudaismi nota post gentilem superstitionem originem habuit. Agebatur tum annus mundi unus et tricesimus supra ter millesimum ac quadringentesimum, aetate ab orbe condito altera et vicesima, cum Iudaismus effloruit. Nam a diluvio ad turris aedificationem ac Seruchum Scythicum vivendi institutum tenuit. A Serucho ad Abraamum, et in hanc usque diem, gentilis superstitio. Porro nulla adhuc ab Abraamo secta cognomen adepta fuerat. Sed ii duntaxat, qui eiusdem religionis appellatione continebantur, Abraamitae ab eodem patriarcha dicebantur. Hic enim octo liberos habuit, ex quibus unus Isaac heres institutus est, quod et pietati deditus vitam suam ex patris sententia moderaretur, et singulari dei promissione eidem fuisset parenti concessus. Ante quem Ismaëlem ex Agar ancilla susceperat. Sed et Chetura sex illi Gen. 25.
postea peperit. Qui omnes per felicem Arabiam dispersi sunt. Zembran scilicet, Iezan, Iesboc, Sove, Emmaden, et Madian, una cum ancillae filio, quem Ismaëlem vocatum esse paulo ante diximus. Sed hic postremus delecto in solitudine ad habitandum loco Phares condidit, liberosque numero duodecim suscepit, a quibus Agarenorum, Deuter. 1, 1.
sive Ismaëlitarum, qui hodie Saraceni dicuntur, tribus propagatae sunt. At Isaaco duo nati sunt filii, Esau et Iacob. Quo tempore verae pietatis religionisque cultoribus Abraamitarum et Isacidarum nomen attributum est. Post haec Esau in Idumaeam discedens (est haec regio Chananaeorum tractui ad meridiem et orientem obversa) Gen. 1.

12. ἀπὸ *cod. Venet.* ὑπὸ *reliqui libri.*
13. Χεττοῦρα *habent libri omnes.*
14. λεγουμένηγ (*sic*) *cod. Venet.*
15. ἴεξαν *cod. Rhedig.*
16. Ἰεσβὸκ *cod. Rhedig.* ἴέσβοχ *cod. Venet.* Ἰεσβοὴ *editi libri.*
17. Φαρὰν *cod. Venet.* Φαρὲς *cod. Rhedig. et editi libri.*
18. τῶν *om. cod. Ven.*
19. Ἀβράμιοι. *cod. Venet., uti supra.*

pag. 10. οἰκιστὴς γίνεται τοῦ Σηεὶρ ὄρους, καὶ [20] πόλιν κτίζει τὴν [21] Ἐδὼμ καλουμένην. Γίνονται δὲ τούτῳ παῖδες, καὶ ἡγεμονεύουσιν ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ ἕκαστος κατὰ διαδοχήν, οἳ καὶ ἐκαλοῦντο ἡγεμόνες Ἐδώμ. Ἐξ οὗπερ πέμπτος κατὰ διαδοχὴν ὁ Ἰὼβ, [22] ὑπεξαιρουμένου τοῦ Ἁβραὰμ [23] ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ ἀριθμουμένου. Ἰσαὰκ γὰρ γεννᾷ τὸν Ἡσαῦ, Ἡσαῦ τὸν Ῥαγουὴλ, Ῥαγουὴλ τὸν Ζαρᾶ, Ζαρᾶ τὸν Ἰὼβ, πρὶν μὲν καλούμενον [24] Ἰωκὰβ, [25] ὕστερον δὲ κληθέντα Ἰὼβ, [26] ὀλίγῳ πρόσθεν πρὸ τοῦ γενομένου αὐτῷ πειρασμοῦ. Ἦν δὲ περιτομὴ πολιτευομένη. Ἰακὼβ δὲ ἀποδιδράσκει [27] ἀπὸ Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ διὰ μῆνιν κατὰ συμβουλίαν πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν [28] Φαδᾶν, ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας Σουσωβά· ὃς ἄγεται ἐκεῖθεν τῆς ἰδίας συγγενείας γαμετὰς τέσσαρας τὸν ἀριθμὸν, καὶ κυίσκουσιν αὐτῷ παῖδας δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν, τοὺς καὶ πατριάρχας ἐπικληθέντας. [29] Παλινδρομοῦντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν Χαναανῖτιν γῆν πρὸς τὸν ἴδιον [30] αὐτοῦ πατέρα Ἰσαὰκ καὶ μητέρα Ῥεβέκκαν γίνεταί τις αὐτῷ ὀπτασία ἐκ θεοῦ παρὰ τὰς τοῦ Ἰορδάνου διεκβολάς. Ἰαβὸκ δὲ τὸν χειμάρρουν καλοῦσιν ἔνθα που ἐθεάσατο παρεμβολὰς ἀγγέλων. Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ἄνθρωπος ἀφ' ἑσπέρας, καὶ συνεπάλαιεν αὐτῷ ἄχρι τὴν ἕω, ὃν ἄγγελον ἐπεσημήνατο ἡ γραφή· ὃς κατ' εὐλογίαν δίδωσι τῷ Ἰακὼβ ἀξιώματος ὄνομα [31] τὸ Ἰσραήλ. Διαναστὰς δὲ ἐκεῖθεν ὁ Ἰακὼβ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Εἶδος θεοῦ. Ἐπειδὴ ὁ πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς εὐλογίας φήσας [32] ὅτι, Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, [33] ἀλλὰ Ἰσραὴλ κληθήσεται, [34] διέστειλε λέγων, Ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου Ἰσραηλῖται καλοῦνται.

Κεφ. ϛ'. Καὶ ὁ Ἰσραὴλ μετὰ τὴν τοῦ Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον κάθοδον κάτεισι καὶ αὐτὸς σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, υἱῶν τε καὶ ἐκγόνων, γυναικῶν τε τῶν προειρημένων, καὶ ἄλλων, ἐν ἑβδομήκοντα [1] ψυχῶν τὸν ἀριθμόν. Διατρίβει δὲ τὸ γένος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων [2] χώρᾳ γενεὰς πέντε. Ἰακὼβ γὰρ γεννᾷ τὸν Λευὶ καὶ τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἄλλους δέκα πατριάρχας. Λευὶς δὲ γεννᾷ τὸν Καὰθ, Ἰούδας δὲ γεννᾷ τὸν Φαρές. Καὰθ γεννᾷ τὸν Ἀμβρὰμ, Ἀμβρὰμ [3] γεννᾷ τὸν [4] Μωϋσέα. Φαρὲς γεννᾷ τὸν Ἐσρὼμ, Ἐσρὼμ γεννᾷ τὸν Ἀρὰμ,
pag. 11. Ἀρὰμ γεννᾷ τὸν Ἀμιναδὰβ, Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσὼν ἐν χρόνοις Μωϋσέως. Καὶ Ναασσὼν πέμπτῃ γενεᾷ κατὰ τὸν Λευί. Ἔξεισιν Ἰσραὴλ ἐκ [5] γῆς Αἰγύπτου διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς Θαλάσσης ἐν θεοση-

20. πάλιν cod. Ven.
21. Ἐδὸμ, τὴν Ῥοκὸμ καὶ Πέτραν καλουμένην cod. Venet.
22. ὑφεξαιρουμένου cod. Ven.
23. ἐκ om. cod. Ven.
24. Ἰωβὰδ cod. Venet.
25. ὕστερον codd. Venet. et Rhedig. ἕτερον libri editi.
26. ὀλίγον ἔμπροσθεν cod. Venet.
27. ἀπὸ προσώπου τοῦ ἀδελφοῦ cod. Venet.

in Seire monte domicilium collocat, ibique oppidum Edom constituit. Cuius liberi perpetua successione in Idumaea dominati sunt, indeque principes Edom appellabantur. Ex qua stirpe si Abraamum e serie sustuleris, et ab Isaaco coeperis, quintus ordine Iob numerandus venit. Etenim Isaacus Esau filium habuit, ab hoc Raguel, a Raguele Zara genitus est. Hic vero Iobi pater extitit, qui cum antea Iacob diceretur paulo ante calamitatem illam Iobus alio nomine vocatus est. Per illud vero tempus circumcisionis ritus obtinebat. Caeterum Iacob Esau fratris iram metuens de parentum consilio in Mesopotamiam Phadan profugus concessit, ultra Mesopotamiae partem alteram, quae Susoba nominatur. Unde quatuor e cognata familia coniuges duxit, e quibus duodecim liberos patriarchas suscepit. Cumque in Chananaeam ad parentes suos Isaac et Rebeccam postliminio rediret, visum ei quoddam haud procul Iordanis vadis divinitus oblatum est, ad torrentem Iaboc, ubi angelorum castra conspexit. *Et ecce*, inquit, *vir quidam cum eo luctabatur a vespera ad* Gen. 32.
auroram usque; quem angelum fuisse scriptura significat, qui Iacobo benedicens eidem dignitatis nomine Israelis appellationem indidit. Postea digrediens Iacobus ei loco visionis dei nomen imposuit, propterea quod qui sibi inter benedicendum dixerat: *Nequaquam amplius vocaberis Iacob, sed Israel tibi nomen erit,* idem hoc diserte subiecerat: *Quoniam cum deo contendens praepotens fuisti, etiam contra homines viribus valebis.* Ab illo deinceps tempore Israelitae nuncupati sunt.

Postquam vero in Aegyptum Iosephus profectus est, ad eum Cap. IX.
Israel cum universa familia perrexit, cum filiis, inquam, ac nepo- Gen. 46.
tibus, atque horum omnium uxoribus reliquaque domo, ut in totum LXX capita numerata sint. Mansit porro Israelitarum in Aegypto genus aetatum quinque spatio. Siquidem Iacobus Levi atque Iudam genuit, caeterosque patriarchas decem. Levi Caath filium, Iuda Phares suscepit. Caath Amram genuit, Amram Moysen. At Phares Esrom, Esrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naasson Mosis tempore. Sic aetate perinde quinta Naasson ortus est. At Israelitae per Mare Rubrum ex Aegypto inter stupenda prodigia di-

28. *Sic libri omnes tam scripti quam editi.*

29. πάλιν δὲ δρομοῦντι αὐτῷ *cod. Venet.*

30. αὑτοῦ *ed. Petav.*

31. τὸ *cod. Venet.* τῷ *cod. Rhedig. et editi libri.*

32. ὅτι *om. cod. Venet.*

33. ἀλλὰ *cod. Ven.* ἀλλ' ἢ *reliqui libri.*

34. καὶ διέστειλε *cod. Venet.*

Cap. IX. — 1. ψυχαῖς *cod. Venet.*

2. χώρᾳ *om. cod. Venet.*

3. δὲ γεννᾷ *cod. Venet.*

4. *Verba* Μωϋσέα. Φαρὲς γεννᾷ τὸν *om. cod. Venet.*

5. τῆς *cod. Venet.*

μείοις, καὶ στρατοπεδεύει ἐν τῇ ἐρήμῳ Σινᾶ. Καὶ χρησμῶν δοθέντων ἐκ θεοῦ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωϋσεῖ ἀριθμήσασθαι ἀπὸ εἴκοσι ἐτῶν καὶ ἕως πεντήκοντα ἄνδρας δυναμένους σπάσασθαι ῥομφαίαν καὶ λαμβάνειν ὅπλα πολεμικὰ εἰς ἑξηκονταδύο μυριάδας καὶ ὀκτακισχιλίους πεντακοσίους εὗρεν.

Ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἴναχος παρ' Ἕλλησι γνωριζόμενος, οὗ θυγάτηρ Ἰὼ, ἡ καὶ Ἀτθὶς καλουμένη, δι' ἣν καὶ [6] ἡ Ἀττική. Ἐξ ἧς καὶ ὁ Βόσπορος, οὗ ἐπώνυμος πόλις Βόσπορος ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ καλουμένη. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν Αἰγύπτιοι Ἶσιν, ἣν καὶ ὡς θεὰν προσκυνοῦσιν. Ὁμώνυμος δὲ τούτῳ καὶ ποταμός ἐστιν Ἴναχος οὕτω καλούμενος. Ἐκεῖθεν δὲ ἀρχὴν ἔσχε τὰ παρ' Ἕλλησι μυστήριά τε καὶ τελεταὶ, πρότερον παρ' Αἰγυπτίοις καὶ παρὰ [7] Φρυξὶ καὶ Φοίνιξι καὶ Βαβυλωνίοις κακῶς ἐπινενοημένα, μετενεχθέντα τε εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας ὑπὸ Κάδμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰνάχου, Ἄπιδος πρότερον κληθέντος καὶ οἰκοδομήσαντος τὴν Μέμφιν, ἀλλὰ καὶ παρ' Ὀρφέως καὶ ἄλλων τινῶν τὴν ἀρχὴν λαβόντα, καὶ εἰς αἱρέσεις συσταθέντα ὕστερον ἐν Ἐπικούρῳ, καὶ Ζήνωνι τῷ [8] Στωϊκῷ, καὶ Πυθαγόρᾳ, καὶ Πλάτωνι· ἐξ οὗπερ ἤρξαντο χρόνου [9] κρατυνθῆναι ἕως τῶν Μακεδονικῶν χρόνων καὶ Ξέρξου τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῶν Ἱεροσολύμων τὸ πρῶτον, καὶ Ναβουχοδονόσωρ αἰχμαλωσίας καὶ Δαρείου, καὶ τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα χρόνων. Πλάτων γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐγνωρίζετο, καὶ [10] οἱ πρὸ αὐτοῦ, Πυθαγόρας τε καὶ Ἐπίκουρος ὁ μετέπειτα· ὅθεν δὴ, ὡς προεῖπον, τὴν πρόφασιν εἴληφε καὶ εἰς κατάστασιν ἦλθε τὰ παρ' Ἕλλησι συγγράμματα, καὶ αἱ μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον [11] βοώμεναι αἱρέσεις τῶν φιλοσόφων πρὸς ἀλλήλας τῇ μὲν πλάνῃ συνᾴδουσαι καὶ [12] ὁμόστιχον γνῶσιν συνυφαίνουσαι εἰδωλολατρείας τε καὶ ἀσεβείας καὶ ἀθεΐας, τῇ δὲ αὐτῇ πλάνῃ εἰς ἑαυτὰς συγκλώμεναι διαφέρονται ἑτέρα πρὸς τὴν ἑτέραν.

---

pag. 12.

ΣΤΩΙΚΟΙ,

τρίτη ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, πέμπτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Καὶ Στωϊκοὶ μὲν φρονοῦσι περὶ θεότητος τοῦτο, φάσκοντες εἶναι νοῦν τὸν θεὸν, [1] ἢ παντὸς τοῦ ὁρωμένου κύτους, οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἐν σώματι ψυχήν. Μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα καὶ τὰ ἄλλα, μεταγγισμοὺς

6. ἡ νῦν Ἀττικὴ cod. Venet.
7. Φρίγαις cod. Venet.
8. στοϊκῷ libri, de more.
9. κρατυνθεῖσαι cod. Venet.

gressi in deserto Sinaitico castra metati sunt. Tum Moysi dei servo divinum oraculum recensere populum iubet, eorumque numerum inire, qui militarem aetatem adepti tractare arma possent, a vicesimo aetatis anno ad quinquagesimum. Quam in descriptionem sexcenta viginti et octo millia ac quingenta capita relata sunt.

Atque idem illud tempus fuit quo apud Graecos Inachus florebat, cuius Io filia Atthis alias dicta Atticae regioni de suo nomen imposuit. Ex eadem natus et Bosporus, cui cognominis urbs in Euxino mari posita. Sed Aegyptii Isin illam nuncupant, ac pro dea venerantur. Inachi porro nomen etiam fluvius quidam sortitus est. Caeterum illinc Graecorum mysteria religionesque derivatae sunt, quae apud Aegyptios, Phryges, Phoenices et Babylonios male antehac excogitata per Cadmum et Inachum, qui prius Apis dictus Memphin urbem condidit, ex Aegypto translata sunt in Graeciam. Quinetiam ab Orpheo aliisque nonnullis invecta varias in sectas coaluere postmodum, quarum Epicurus, Zeno Stoicus, Pythagoras ac Plato duces atque inventores fuerunt. Igitur ab illo tempore corroborata deinceps illa superstitio ad imperium usque Macedonicum et Xerxem Persarum principem, post primum Hierosolymorum excidium. Itemque ad Nabuchodonosoris usque captivitatem, adeoque Darii et Alexandri Macedonis tempora. Tum enim Plato florebat, ac qui Platonem aetate praecessit Pythagoras, et qui post eum vixit Epicurus. Ex illa, uti dixi, occasione Graecorum monumenta propagata sunt. Tum quae secundum illud tempus celebratae fuerunt philosophorum sectae, eae tametsi secum invicem in eo consentiant, quod errorem propugnant, paremque et eandem idololatriae atque impietatis doctrinam contexant, in illa tamen erroris libidine semetipsas collidunt ac mutuo repugnant.

DE STOICIS,

quae tertia est Gentilium haeresis, ordine vero V.

Quod ad Stoicos pertinet, haec est de divinitate illorum opi- Cap. I.
nio. Deum esse mentem asserunt, quae totius aspectabilis molis, coeli nimirum ac terrae caeterarumque rerum velut corporis anima sit. Rursus divinitatem unam in plures ac particulares naturas distribuunt; solem videlicet, lunam ac stellas, animam, aërem,

10. *Sic omnes libri.* — *Pro* πρὸ *fortasse corrigendum* ἀπὸ.
11. αἱ βοώμεναι *cod. Venet.*
12. ὁμόστοιχον *cod. Venet.*
Cap. I. — 1. ἣ — — ψυχήν. *ego.* *Libri habent* ἥ (ἣ *ed. Petav.*) — — ψυχή.

τε ψυχῶν καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα, καθαιρομένας σωμάτων, [2] ἢ δ' αὖ πάλιν εἰςδυούσας, καὶ ἀνάπαλιν γεννωμένας. Διὰ πολλῆς αὐτῶν πλάνης ταύτην τὴν ἀσέβειαν παρυφαίνουσι. Μέρος δὲ θεοῦ καὶ ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἡγοῦνται. Ἔσχον δὲ Ζήνωνα ἀρχηγὸν τῆς Στοᾶς, περὶ οὗ πολὺς [3] θρυλεῖται λόγος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν Κλεάνθου τινὸς τοῦ ἀπὸ Τύρου ὁρμωμένου, ἄλλοι δὲ φάσκουσιν αὐτὸν Κιτιέα τῆς Κύπρου νησιώτην, ἐν Ῥώμῃ δὲ βεβιωκέναι χρόνον, ὕστερον δὲ ἐν Ἀθήναις προστησάμενον τουτὶ τὸ δόγμα ἐν τῇ Στοᾷ οὕτω καλουμένῃ· τινὲς δέ φασι δύο Ζήνωνας εἶναι, τόν τε Ἐλεάτην καὶ τὸν προειρημένον. Ὅμως οἱ ἀμφότεροι οὕτως ἐδογμάτισαν, εἰ καὶ δύο εἶεν. Φάσκει οὖν καὶ οὗτος, τὴν ὕλην σύγχρονον [4] καλῶν τῷ θεῷ, ἴσα ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν, εἱμαρμένην τε εἶναι καὶ γένεσιν, ἐξ ἧς τὰ πάντα διοικεῖται καὶ πάσχει. Πρὸς ἃ τοίνυν ἰσχύει ἡ σύντομος ἡμῶν αὕτη σύνταξις, πρὸς τὴν τούτου φαυλότητα ἀλεξητήριον φάρμακον διεξιέναι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἰς ὄγκον πολὺν [5] ἐλάσω τῆς πραγματείας τὸ ἐχέγγυον, ἀκροθιγῶς δὲ, ἵνα μὴ ἐν παραδρομῇ γένωμαι, πρὸς τοῦτον ἐρῶ.

Κεφ. β'. Πόθεν εἴληφας, ὦ οὗτος, τὴν τῆς διδασκαλίας ὑφήγησιν; ἢ ποῖον πνεῦμα ἅγιον οὐρανόθεν λελάληκέ σοι περὶ τῆς σαυτοῦ πλάνης; Δύο μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύγχρονα, ὕλην καὶ θεὸν, βεβιασμένως λέγεις. Πεσεῖται γάρ σου ὁ λόγος, καὶ ἀσύστατος ἔσται. Ὁμολογεῖς μὲν γάρ τινα εἶναι δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα φῂς,
pag. 13. τοῦτον δὲ μερίζεις εἰς πολυθεΐαν. Τίνος δ' ἂν εἴη δημιουργὸς, [1] εἰ σύγχρονος εἴη ἡ ὕλη; Ἔσται γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἑαυτῆς δεσπόζουσα, ἡ μὴ ἀπὸ αἰτίου τινὸς λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν, καὶ οὐχ ὑποτασσομένη. Εἰ δὲ ὁ δημιουργὸς παρὰ ταύτης λαμβάνει προβολὴν ταύτην εὑράμενος, ἀδράνειά τις ἂν εἴη καὶ ἔρανος δι' ἀπορίαν τῷ προςπορισαμένῳ οὐκ ἀπὸ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐξ ὑποκειμένων ἀλλοτρίων, ὅπως τὸ ἴδιον ὑποστήσεται δημιούργημα. Καὶ περὶ τοῦ τῶν ψυχῶν μεταγγισμοῦ πολλή τις ἡ φαυλότης τῆς παραπεποιημένης σου διανοίας, ἐθελόσοφε, καὶ γνῶσιν ἀνθρώποις ἐπαγγελλόμενε. Εἰ γὰρ μέρος θεοῦ ὑπάρχει καὶ ἀθάνατος, σώματα δὲ οἰκτρὰ, οὐ μόνον εἴποιμι θηρῶν τε καὶ ἑρπε-

2. *Libri omnes, quos vidi,* ἡ δ' αὖ πάλιν, *viliose. Formula* ἢ δὲ αὖ πάλιν *occurrit iterum infra haer.* 45, 1. *f. Pro* καθαιρομένας *videtur reponendum* καὶ καθαιρομένας.

3. *Ita libri scripti et ed. princ.* θρυλλεῖται *edit. Petav.*

4. *Libri habent* καλεῖν, *quod mutavi in* καλῶν. *Cornarius retinuit* καλεῖν *vertens:* Asserit igitur etiam hic materiam contemporaneam deo appellandam esse.

5. *Vulgo* ἐλάσσω. *Mendose. Cornarius vertens,* Quomodo igitur compendiaria haec nostra tractatio adversus huius vitia auxiliare medicamentum recensere poterit? ita ut non multo minor magnitudine rei fiat defensio? Verum *cett. non magis haec verba intellexit quam Petavius. Nam verba* πρὸς τὴν τούτου — — διεξιέναι *sunt per epexegesin sumenda. Interpretor igitur:* Ad quae igitur sufficit compendiaria haec tractatio, hoc est

resque caeteras. Ad haec animarum ex aliis in alia corpora transfusiones ac transitus admittunt. Eas quippe de corpore decedere ac rursus ingredi, iterumque gigni statuunt, et conscceleratum illud dogma quadam erroris abundantia contexunt. Caeterum particulam quandam dei, eandemque immortalem animam esse praedicant. Porticus princeps, sive Stoicae sectae, Zeno fuit, de quo varius est sermo. Nam alii Cleanthis cuiusdam Tyrii filium fuisse putant, alii Citticnsem faciunt ex insula Cypro; quem et Romae aliquamdiu vixisse narrant, indeque Athenas profectum in Stoa, hoc est porticu, dogmata illa publice proposuisse. Non desunt qui duos Zenones distinguant, Eleaten, et eum de quo proxime dictum est. Utcumque sit, eadem ab utriusque decreta profluxerunt. Proindeque materiam aequalem deo facit alter ille, quemadmodum et haereses reliquae. Tum vero fati atque originis necessitatem adstruit, cuius legibus temperentur et afficiantur universa. Igitur quaecumque operis instituti brevitas contra illius nequitiam disputari patitur, ac velut auxiliare medicamentum parari, sed ita nequaquam ut in immensam molem illud ipsum opus excrescat, haec, inquam, summatim, ne praetermisisse videar, adversus illum obiiciam, itaque conveniam.

Heus tu! inquam. Potin' eloqui a quo doctrinam hanc acceperis? aut quis demum spiritus sanctus tecum de hoc tuo errore sit locutus? Duo quippe simul aequalia tempore, materiam scilicet ac deum violenter obtrudis. Excidit igitur tua illa ratio, minimeque cohaeret ipsa secum, cum tu et opificem quendam omnium rerum esse fateare, quem etiam omnipotentem asseris, et in eo tamen ipso divinitatum divortia constituas. Cuiusnam vero artifex erit ille, si aequalis tempore materia ponitur? Erit enim per sese suimet ipsa iuris, utpote quae a nullo sit originis principio deducta, adeoque subiecta nemini. Quod si ab ea, producere ut posset, opifex qui eam nactus est acceperit, nonnulla haec esse debet illius imbecillitas, ac velut egenti facta contributio, nimirum qui non privatis ex copiis, sed ex aliena materia suum opus praestiterit. Iam illud de animarum in aliena corpora transitu, quantam in te levitatem depravatae mentis arguit, qui et sapientiae gloriam affectas, et rerum apud homines scientiam profiteris? Nam si pars est illa dei, et quidem immortalis, tu vero ad infelicissima nescio quae corpora non Cap. II.

ad enarrandum, auxiliare contra hujus nequitiam medicamentum, ad haec, inquam, tantum abest ut in immensam molem patiar excrescere quod illud spondet opus, ut summatim, ne omnino praetermisisse videar, adversus hunc disputem. *De formula* καὶ οὐχὶ μᾶλλον — — δὲ *cf. infra haeres.* 66, 46: καὶ μᾶλλον οὐκ ἐναντίον τὸ ὕδωρ τοῖς ἄρχουσιν τῆς πονηρίας, ὡς σὺ λέγεις, ἀλλὰ συνεργητικὸν μᾶλλον τὸ ὕδωρ *cett.*

Cap. II. — 1. *Libri habent* ἢ *pro* εἰ.

τῶν [2] καὶ κνωδάλων δυςγενῶν, τῇ πλάσει αὐτῆς συνάπτεις, τῇ ἀπὸ θεοῦ κατὰ σὲ τὴν οὐσίαν κεκτημένῃ, καὶ τί ἂν γένοιτο τούτου μοχθηρότερον;

Κεφ. γ'. [1] Εἱμαρμένην δὲ παρειςάγεις, ὡς ἐξ αὐτῆς γίνεσθαι τὰ τῷ ἀνθρώπῳ συμβαίνοντα καὶ ἄλλοις. Ἐξ ἑνὸς δὲ ῥητοῦ δι' ἐπιτομῆς τοῦ λόγου ἀνατραπήσεται ἡ σὴ μυθοποιΐα. Εἰ γὰρ εἱμαρμένης τὸ σοφίζεσθαι, τὸ συνετίζεσθαι, τὸ λογικὸν γεννᾶσθαι καὶ ἄλογον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, παυσάσθωσαν νόμοι. Ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ εἱμαρμένη μοιχῶν τε καὶ ἄλλων. Δίκην δὲ μᾶλλον τίσουσιν οἱ ἀνάγκην ἐπιτιθέντες ἀστέρες ἤπερ ὁ ἀναγκαζόμενος δρᾶσαι τὸ ἐπιχείρημα. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἔτι περὶ τούτων ἐρῶ. Ἀργείτωσαν αἱ διατριβαὶ, παυσάσθωσαν σοφισταί τε καὶ ῥήτορες καὶ γραμματικοὶ, ἰατροί τε καὶ ἄλλαι ἐπιστῆμαι, βαναύσων τε τεχνῶν ἀμυθήτων πλῆθος, καὶ μηκέτι μηδεὶς παιδευέτω, εἴπερ ἐξ εἱμαρμένης τυγχάνει τῶν ἐπιστημῶν, καὶ μὴ ἐκ γραμμάτων, μαθήσεως ὁ πορισμὸς τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει. Εἰ γὰρ εἱμαρμένη τὸν πεπαιδευμένον καὶ λογιώτατον παρεσκεύασε, μὴ μανθανέτω τις παρὰ τοῦ διδάσκοντος, ἀλλὰ τῇ φύσει λαμβανέτωσαν τὴν εἴδησιν αἱ τοὺς μίτους κλώθουσαι Μοῖραι, κατὰ τὸ φθέγμα τῆς κομπώδους σου [2] διὰ λόγων πλάνης.

ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΙ.

τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, ἕκτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Ἀλλὰ ταῦτα πρὸς Ζήνωνα, καὶ τοὺς Στωϊκούς μοι λελέχθω. Πλάτων δὲ ἅμα καὶ αὐτὸς κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμενος τῇ μετενσωματώσει καὶ μεταγγισμῷ τῶν ψυχῶν καὶ πολυθεΐαις καὶ ταῖς ἄλλαις εἰδωλολατρείαις καὶ δεισιδαιμονίαις οὐ τῇ ὕλῃ πάντη ἴσως κατὰ Ζήνωνα καὶ τοὺς Στωϊκοὺς ἐφρόνησεν. Οἶδε γὰρ αὐτὸς θεὸν, τὰ δὲ γενόμενα πάντα ἐκ τοῦ ὄντος θεοῦ [1] γεγενῆσθαι, εἶναι δὲ πρῶτον αἴτιον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον αἴτιον θεὸν, τὸ δὲ δεύτερον αἴτιον ἐκ θεοῦ γεγενῆσθαί τινας δυνάμεις, δι' αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν δυνάμεων γεγενῆσθαι τὴν ὕλην. Φάσκει γὰρ οὕτως· Οὐρανὸς ἅμα χρόνῳ γεγένηται, ὁμοῦ γὰρ καὶ λυθήσεται· τὰ πρότερα ἑαυτοῦ τὰ περὶ ὕλης ἀνασκευάσας. Εἶπε γάρ ποτε καὶ σύγχρονον εἶναι τῷ θεῷ τὴν ὕλην.

2. *Fortasse* ἀλλὰ καί.
Cap. III. — 1. Εἱμαρμένην *libri editi. Ubique.*
2. διαλόγων *cod. Rhedig.*

Cap. I. — 1. *Libri habent* γεγενῆσθαί (γεγεννῆσθαί) τινας δυνάμεις εἶναι. *Sed illa verba* τινας δυνάμεις *per errorem, uti apparet, sunt repetita de linea inferiore.*

ferarum modo, sed et serpentum ac vilissimorum animantium conditionem illius dimittis, quae naturam, te quidem auctore, haustam a deo et expressam obtinuit, potest quicquam ea re esse perversius?

At etiam fatum nobis obiicis, a quo omnia proficiscantur, quae tam homini quam caeteris rebus accidunt. Verum uno eoque brevissimo dicto tuum illud commentum evanescet. Si enim istud ipsum, sapientem ac prudentem fieri, rationis participem expertemque nasci, reliquaque huius generis fati necessitas affert, sileant decreta legum omnia, quippe cum in adulteros sceleratosque caeteros fati vis illa dominetur. Sane quidem iustius ab stellis, quae necessitatem pariunt, poenae repetantur quam ab eo qui quod agit omnino coactus aggreditur. Atque ut id alia ratione disputem, si ita uti volunt se res habet, agedum scholae conticescant, desinant sophistae, rhetores, grammatici, medici, caeteraeque doctrinae omnes, illiberalium artium innumera multitudo. Nec doceat deinceps quispiam; si quidem fati beneficio, non literarum disciplina, generi humano scientia suppeditat. Nam si doctos atque eruditos efficere fati necessitas potest, nemo praeceptori navet operam, sed illae stamina trahentes Parcae ingenia hominum disciplinis imbuant, quemadmodum inani falsoque illo dogmate profiteris. Cap. III.

DE PLATONICIS,

quae est haeresis Gentilium IV., ordine VI.

Haec contra Zenonem et Stoicos dicta sunto. Quod ad Platonem attinet, in eodem is luto versatur. Nam de animarum ex aliis in alia corpora traiectione ac vicissitudine, deque multitudine deorum ac reliquis idololatriae superstitionisque generibus eadem est illius sententia. Sed de materia fortasse non omnino cum Zenone Stoicisque sentit. Etenim deum ille cognovit, ab eoque cuncta producta, tum mentes quasdam agendi facultate praeditas a vero deo propagatas asseruit. Praeterea primum esse principium, ac secundum, et tertium. Quorum primum deum esse pronunciat, alterum procreatas a deo mentes, ab utrisque demum materiam productam. Sic enim definit: coelum cum tempore factum esse, unaque cum eo dissolutum iri. Quibus verbis priorem suam de materia sententiam evertit. Alias enim materiam deo aequalem esse tempore statuerat. Cap. I.

ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΙ,

πέμπτη αἵρεσις ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, ἑβδόμη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Πρὸ δὲ τούτου Πυθαγόρας καὶ οἱ [1] Περιπατητικὴν ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηριάζουσιν ἕνα θεὸν, φιλοσοφίαις δὲ ἄλλαις καὶ τοῖς φιλοσοφουμένοις προςανέχουσι. Τὰ ἴσα μὲν τούτοις πάλιν τὰ τῆς ἀθεμίτου γνώμης καὶ ἀσεβεστάτης, τῶν ψυχῶν ἀπαθανατισμούς τε καὶ μετενσωματώσεις, καὶ σωμάτων [2] φθορὰς, αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀγορεύουσιν. Οὗτος δὲ [3] τέλος ἐν τῇ [4] Μηδίᾳ τὸν βίον καταστρέφει. Σῶμα δὲ λέγει εἶναι τὸν θεὸν, τουτέστιν οὐρανὸν, ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα ὥςπερ ἐν ἀνθρώπῳ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν [5] στοιχεῖα.

*ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΙ,

ἕκτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, ὀγδόη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ α'. Ἐπίκουρος δὲ καθεξῆς ἀπρονοησίαν τῷ κόσμῳ εἰςηγήσατο, ἐξ ἀτόμων δὲ συνεστάναι τὰ πάντα, [1] ἢ δ' αὖ πάλιν εἰς ἄτομα χωρεῖν· pag. 15. καὶ ἐξ αὐτοματισμοῦ εἶναι τὰ ὅλα, καὶ τὸν κόσμον ὑφεστάναι ἀεὶ γεννώσης τῆς φύσεως, [2] ἢ δ' αὖ πάλιν δαπανωμένης, καὶ ἐξ αὐτῆς πάλιν δαπανωμένης, καὶ ἐξ αὐτῆς πάλιν ἐπιγινομένης, μηδέποτε δὲ ληγούσης ἀφ' ἑαυτῆς φυομένης καὶ εἰς ἑαυτὴν συντριβομένης. Εἶναι δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ᾠοῦ δίκην τὸ σύμπαν, τὸ δὲ πνεῦμα δρακοντοειδῶς περὶ τὸ ᾠὸν ὡς στέφανον, ἢ ὡς ζώνην, περισφίγγειν τότε τὴν φύσιν· θελῆσαν δὲ βιασμῷ τινι καιρῷ περισσοτέρως σφίγξαι τὴν πᾶσαν ὕλην, εἴτ' οὖν φύσιν τῶν πάντων, οὕτω διχάσαι μὲν τὰ ὄντα εἰς τὰ δύο ἡμισφαίρια, καὶ λοιπὸν ἐκ τούτου τὰ ἄτομα διακεκρίσθαι. Τὰ μὲν γὰρ κοῦφα καὶ λεπτότερα τῆς φύσεως πάσης ἐπιπολάσαι ἄνω, τουτέστι φῶς καὶ αἰθέρα καὶ τὸ λεπτότατον τοῦ πνεύματος· τὰ δὲ βαρύτατα καὶ σκυβαλώδη κάτω νενευκέναι, τουτέστι γῆν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ξηρὸν καὶ ἡ ὑγρὰ τῶν ὑδάτων οὐσία. Τὰ δὲ ὅλα ἀφ' ἑαυτῶν κινεῖσθαι καὶ δι' ἑαυτῶν ἐν τῇ περιδινήσει τοῦ πόλου καὶ τῶν ἄστρων, ὡς ἀπὸ τοῦ δρακοντοειδοῦς ἔτι τὰ πάντα ἐλαύνεσθαι πνεύματος. Καὶ ἀπὸ μέρους μὲν περὶ τούτων ἔφημεν.

Cap. I. — 1. Περιπατητικὴν ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηριάζουσιν *cod. Venet. Reliqui libri* Περιπατητικοὶ, ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηρίζειν. *De verbo* χαρακτηριάζειν *cf. etiam haer.* 33, 7. *et haer.* 31, 6.

2. φθοραὶ *cod. Venet.*

3. τέλος *cod. Venet.* τέλειος *cod. Rhedig. et editi libri. Cornarius et Petavius coniecerunt* τελέως.

4. *Ita libri tam scripti quam editi. Monachius ap. Menag. in Diog. Laert. V. Pythag.* 39. *pag.* 333. *volebat* τελέως τῇ ἐνδείᾳ τὸν βίον καταστρέφει. *Sic* ἔνδεια *saepius usurpatur, ut infra haer.* 13, 1. *An aliqui magistellus, a quo videlicet haec mutuatus Epiphanius, postquam deprehendit apud scriptorem Latinum nescio quem Pythagoram inedia se interfecisse, Latini*

CONTRA PYTHAGOREOS,
quae est Gentilium haeresis V., ordine VII.

Sed ante hunc Pythagoras ac Peripatetici cum se deum unum definire profiterentur in aliud philosophiae genus, aliaque dogmata sunt prolapsi. Et tum ille, tum eius sectatores eadem cum Platonicis sentiunt, quod ad nefandam impiamque sententiam spectat de mutatione corporum animarumque transitione, ac de eorumdem corruptione corporum. Ac Pythagoras quidem postremo vitam in Media finiit. Qui insuper deum esse corporeum asserit, videlicet coelum. Cuius oculos caeterasque tanquam in homine partes solem et lunam constituit, ac reliquas stellas elementaque coelestia. Cap. I.

DE EPICUREIS,
quae est VI. Gentilium haeresis, ordine VIII.

Ut a prioribus discedam, Epicurus providentiam e mundo sustulit. Idem ex atomis universa constare, atque in atomos resolvi credidit. Ad haec fortuito fieri omnia, mundumque consistere, generante natura pereunteque perpetuo, dum rursus ex semetipsa renascitur, ac nullum propagandi sui occidendique finem facit. Fuisse praeterea ovi instar universitatem omnem, circa quod ovum sinuosis flexibus implicatum serpentis more spiritum, velut coronam ac cingulum, ipsam adstrinxisse naturam. Sed dum confertam in unum materiam universique naturam vehementius arctare nititur, subinde molem omnem in hemisphaeria duo separasse, indidemque indivisibilium corpusculorum excretionem esse factam, adeo ut leviora subtilioraque sursum evolarent, nimirum lux, aether, et quod erat spiritus tenuissimum, quae vero graviora, ac veluti purgamenta forent, pessum subsiderent, cuiusmodi terram, sive siccum ipsum, et aquarum humidam naturam fuisse. Addit per sese universa moveri ac polorum siderumque vertigine raptim velut flexuosi illius spiritus agitatione corripi. Haec nos de istorum dogmatibus obiter duntaxat attigimus. Cap. I.

sermonis minus gnarus et eruditionis parum felicis, ex voce inedia *sibi effecerit* Mediam? *Sed haec res in medio relinquenda.*

5. *Male vertisse Petavium* στοιχεῖα elementa, *monuit Salmas. de Ann. Climacter.* p. 576. *Sunt enim* μορφώσεις τοῦ ζωδιακοῦ.

* *Inscriptionem om. cod. Rhedig. Pro* Ἐπικούρειοι *edit. princ. pro more habet* Ἐπικούριοι. *Ita supra etiam cod. Rhedig. una cum edit. princ.* Πυθαγόριοι.

Cap. I. — 1. ἤδ' αὖ πάλιν *ed. princ.* ἠδ' αὖ πάλιν *ed. Petav.*

2. ἤδ' αὖ πάλιν *ed. princ.* ἠδ' αὖ πάλιν *ed. Petav.*

Κεφ. α΄. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ τὰς τέσσαρας ταύτας αἱρέσεις ἀνατρεπτέον διὰ τὴν συντομίαν τῆς ἀναγνώσεως. Ἐντεῦθεν καὶ ἀνωτέρω λοιπὸν, ὡς ἔφην, ποιηταὶ, ἱστοριογράφοι, [1] λογογράφοι, ἀστρονόμοι τε καὶ οἱ τὰ ἄλλα τῆς πλάνης εἰςηγησάμενοι, οἱ παρασκευάσαντες τὸν νοῦν ἐπὶ μυρίας κακὰς αἰτίας καὶ ἀναγωγὰς, ἐσκότωσαν καὶ ἐθόλωσαν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ὑπόληψιν. Καὶ γέγονεν αὕτη πρώτη πλάνη, ἐπίνοια εἰδώλων καὶ κακοδαιμονία διδασκαλίας. Ἦν δὲ τὰ πάντα μεμερισμένα, Ἑλληνισμός τε καὶ Ἰουδαϊσμός. Ἰουδαϊσμὸς οὔπω πρότερον καλούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ἐπώνυμον τῆς θεοσεβοῦς θρησκείας ἐπικεκλημένος, ἕως ὅτε διαδοχαὶ γεγέννηνται. Ὁ γὰρ Ναασσὼν ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ γεγονὼς φύλαρχος τῆς φυλῆς Ἰούδα γεννᾷ τὸν Σαλμὼν, Σαλμὼν γεννᾷ τὸν Βοὸς, Βοὸς γεννᾷ τὸν Ὠβὴδ, Ὠβὴδ γεννᾷ τὸν Ἰεσσαὶ, [2] ἐπὶ τῶν θεοσεβῶν Ἰσραηλιτῶν καλουμένων. Ἰεσσαὶ γεννᾷ τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα, ὃς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐκ φυλῆς Ἰούδα· ἐξ οὗ λοιπὸν οἱ κατὰ διαδοχὴν βασιλεῖς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, υἱὸς διαδεχόμενος πατέρα, καθεξῆς συνεστήκασιν. Ἦν δὲ πρὸ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ ὁ φύσει πρῶτος βασιλεύσας ἐν Ἰσραὴλ Σαοὺλ, υἱὸς Κεὶς, ἐκ
pag. 16. φυλῆς Βενιαμίν. Καὶ οὐκέτι αὐτὸν διεδέξατο υἱὸς, ἀλλὰ μετέστη τὸ βασίλειον διὰ Δαβὶδ πρώτου εἰς τὴν φυλὴν Ἰούδα. Πρῶτος γὰρ αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παῖς γίνεται Ῥουβὶμ, δεύτερος Συμεὼν, τρίτος Λευῒς, τέταρτος Ἰούδας· ἐξ οὗ καλοῦνται Ἰουδαῖοι, διὰ τὴν φυλὴν Ἰούδα τοῦ ἐκ τοῦ γένους τῶν θεοσεβῶν, οἱ εἰς τὸ ὄνομα τοῦτο μεταπεσόντες. Ἐκαλοῦντο γοῦν πρώην Ἰσραηλῖται οἱ καὶ Ἰουδαῖοι.

Κεφ. β΄. Ἕως τούτου τοῦ χρόνου συνήφθησαν αἱ τέσσαρες γενεαὶ τῆς γῆς τῶν τεσσάρων τμημάτων, τούτων διαιρεθέντων κατὰ τοὺς χρόνους ἕως τοῦ καιροῦ τούτου τοῦ ἐνταῦθά μοι δεδηλωμένου καὶ ἐπέκεινα, τουτέστιν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Νῶε Βαρβαρισμός, ἀπὸ τοῦ Νῶε ἕως τοῦ πύργου καὶ Σεροὺχ μετὰ δύο [1] γενεὰς τοῦ πύργου ἡ Σκυθικὴ δεισιδαιμονία, καὶ μετέπειτα ἀπὸ τοῦ πύργου καὶ Σεροὺχ καὶ Ἀρὰμ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Ἑλληνισμὸς, ἀπὸ τούτου καὶ τῶν μετέπειτα θεοσέβεια συναπτομένη τῷ αὐτῷ Ἀβραὰμ, ἀπὸ τοῦ κατὰ διαδοχὴν σπέρματος αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ Ἰούδα, ἀφ' οὗπερ Ἰουδαϊσμός· ὡς ἔτι μαρτυρεῖ μοι ὁ πνευματοφόρος καὶ ἅγιος τοῦ θεοῦ ἀπόστολος Παῦλος, ὧδέ πως λέγων, ὅτι, Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐχ Ἕλλην, οὐκ Ἰουδαῖος, ἀλλὰ καινὴ κτίσις, ἐπειδὴ ἐξ ὑπαρχῆς, ὅτε ἔκτιστο ἡ κτίσις, καινὴ οὖσα οὐδέν τι διαφορώτερον ἔσχεν ὄνομα.

Cap. I. — 1. λογογράφαι editi libri. 2. Non defuerunt qui suspicarentur ἔτι. Cap. II. — 1. Vulgo γενεᾶς.

Refutatio superiorum quatuor haeresium.

Nunc ut lectoribus brevitate consulamus, quatuor simul hae sectae oratione nostra refellendae sunt. Ab his enim primordiis, vel ante haec etiam, ut initio diximus, poëtae, historici, reliquique scriptores, astronomi, caeteri denique erroris artifices ac magistri, qui ad sexcenta rerum statuenda principia pessimasque caussas impulere mortalium animos, communibus generis humani sensibus densissimas tenebras offuderunt. Atque hic demum primus error extitit, idolorum excogitata superstitio, infelixque illa disciplina. Erant tum duas in factiones universa distributa, gentilium ac Iudaeorum. Verum Iudaica secta nequaquam initio vocabatur, sed Israel divinae huic religioni cognomentum erat, donec generum est propagata successio. Etenim Naasson, qui tribus Iudae princeps in deserto constitutus est, Salmon genuit, Salmon Boos, Boos Obed, Obed Iesse, cum qui religiose deum colerent adhuc Israelitae dicerentur. Deinde Iesse Davidem genuit, qui primus e tribu Iudae regnum obtinuit. Cuius ab stirpe deinceps perpetua succes sione reges imperio potiti sunt. Sed ante Davidem primus Israeliticum regnum Saulus tenuerat e Beniamini tribu, Ceiso patre genitus. Nec ei tamen filius successit sed ad tribum Iudae per Davidem imperium translatum est. Igitur Iacobus liberorum primum omnium Rubenum suscipit, deinde Simeonem, tertium Levi, quartum Iudam, a quo Iudaei cognominati sunt, ob Iudae tribum, qui ex religiosorum hominum genere prodierat, ad eam appellationem traducti. Siquidem Israëlitae principio vocati sunt qui Iudaei modo dicuntur. Cap. I.

Ad hoc usque tempus quatuor in terris hominum genera perducta sunt, quorum unumquodque suo tempore separatim coaluit, ad eam aetatem et ultra quam proxime significavimus. Nam ab Adamo ad Noemum Barbarismus obtinuit. A Noemo ad turris aedificationem et Seruchi tempora, qui tertia post illam aetate vixit, Scythica superstitio. A turris extructione et Serucho, nec non et Aramo, ad Abraamum, gentilis secta viguit. Ab Abraamo denique et eius posteris sincera religio prodiit, quae ab ipsomet Abraamo coepta per eius stirpem est transmissa, Iudaeque cumprimis tribum, unde Iudaismus nomen accepit. Quod quidem a me vere esse dictum divini sanctissimique apostoli Pauli testimonio constat, cum ita disputat: *In Christo Iesu neque barbarus, neque Scytha, neque Graecus, neque Iudaeus est, sed nova creatura.* Quandoquidem etiam initio, cum primum creatura condita est, nova adhuc existens nullum peculiare ac distinctum nomen habuit. His consentanea sunt Cap. II. Coloss. 3, 11.

Συνῳδὰ δὲ τούτοις πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως, Ὀφειλέτης εἰμὶ Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις· σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, ἵνα δείξῃ σοφοὺς μὲν τοὺς Ἰουδαίους, ἀνοήτους δὲ τοὺς Σκύθας, καὶ, φησὶν, ὀφειλέτης εἰμί. Ἐντεῦθεν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραὴλ Ἰουδαῖοι ἐκαλοῦντο, ἀπὸ χρόνου τοῦ Δαβὶδ, καὶ διήρκεσεν ἐπωνύμως [2]καλούμενον Ἰσραηλιτῶν τε καὶ Ἰουδαίων ἔχον τὴν ἐπίκλησιν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Δαβὶδ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σολομῶντος, καὶ τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος, φημὶ δὲ τοῦ Ῥοβοὰμ τοῦ μετὰ τὸν Σολομῶντα βασιλεύσαντος ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἵνα δὲ μὴ ἐν παρεξόδῳ γένωμαι, παρερχόμενος τὰ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων θρησκείαν, καὶ μὴ ὑποσημαινόμενος τῆς κατ' αὐτοὺς δόξης τὴν ὑπόθεσιν, ὀλίγα ἀπὸ τῶν πολλῶν παραθήσομαι. Πᾶσι γὰρ ὡς εἰπεῖν φανερώτατα ὑπάρχει τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους. Διὸ οὐ πάνυ κάματον ἀναδέξομαι περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸ λεπτότατον διηγήσασθαι, ἀλλ' ὧν ἦν ἀναγκαῖον ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν ἐνταῦθα παραθέσθαι.

Κεφ. γ'. Ἰουδαῖοι τοίνυν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν ὑπάρχον-
pag. 17. τες, καὶ τὴν αὐτοῦ θεοσέβειαν διαδεξάμενοι, περιτομὴν μὲν τοῦ Ἀβραὰμ ἔχουσιν, ἣν κατὰ πρόσταξιν θεοῦ εἴληφεν ἐνενηκοστὸν ἔνατον ἔτος κατάγων, δι' αἰτίαν ἣν ἄνω προεῖπον, εἰς τὸ τούτου σπέρμα πάροικον γενόμενον ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ μὴ ἀποστραφῆναι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, ἐπὶ σώματος δὲ [1]σφραγίδα φέρειν, ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου, εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῶν θεοσεβείᾳ. Ὁ δὲ παῖς τούτου Ἰσαὰκ ὀκταήμερος περιτέμνεται, ὡς τὸ τοῦ θεοῦ εἶχε θέσπισμα. Καὶ ὡμολόγηται μὲν ὅτι ἐκ προστάγματος θεοῦ ἡ περιτομὴ τότε ὑπῆρχε. Τύπῳ δὲ ἦν αὕτη διατεταγμένη τότε, ὡς κατὰ ἀκολουθίαν προβαίνοντες ὕστερον περὶ τούτου δείξομεν. Διήρκεσαν τοίνυν περιτεμνόμενοι καὶ θεοσεβείᾳ προσανέχοντες οἱ αὐτοὶ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν παῖδες, ἀπ' αὐτοῦ, φημὶ, καὶ καθεξῆς, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, καὶ οἱ τούτου παῖδες, ἔν τε τῇ Χαναναίτιδι γῇ, Ἰουδαίᾳ καὶ Φιλιστιαίᾳ οὕτω κληθείσῃ τότε, τὰ νῦν δὲ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Ἰακὼβ γὰρ ὁ καὶ Ἰσραὴλ κάτεισιν ἅμα τοῖς ἕνδεκα αὐτοῦ παισὶν εἰς Αἴγυπτον, ἔτος κατάγων ἑκατοστὸν τριακοστὸν τῆς αὐτοῦ ζωῆς. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἕτερος αὐτοῦ υἱὸς ἤδη ἐν Αἰγύπτῳ προϋπῆρχε βασιλεύων, πραθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ διὰ φθόνον. Ἡ δὲ τοῦ θεοῦ οἰκονομία τὰ ἀγαθὰ συνεργοῦσα τῷ δικαίῳ εἰς θαυμασμὸν μετήγαγε τὴν [2]κατὰ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπιβουλήν. Κάτεισι τοίνυν, ὡς προεῖπον, ὁ Ἰακὼβ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ υἱοὶ, καὶ γυναῖκες καὶ ἔκγονοι, ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς ἀριθμηθέντες, εἰς Αἴγυπτον, ὡς περιέχει ἡ πρώτη βίβλος τῆς κατὰ Μωϋσέα Πεντατεύχου, σαφῶς δηλοῦσα περὶ τούτων

2. *Vulgo* καλούμενος.
Cap. III. — 1. *Ita omnes libri, non* σφραγῖδα.
2. *Ita correxi. Vulgo* κατ' αὐτοῦ.

quae in alio loco eodem ab apostolo dicuntur: *Debitor sum Graecis* Rom 1, 14.
et barbaris, sapientibus et insipientibus. Ut et Iudaeos sapientes et insipientes esse Scythas ostenderet. Quibus omnibus, ait, ego sum debitor. Igitur ab illo deinceps tempore in Israelitarum genus Iudaeorum nomen iam tum a Davide transfusum est, et utroque cognomento tam Israëlitarum quam Iudaeorum omnis illa gens eo insignita perpetuo est, a Davidis, inquam, eiusque filii Salomonis temporibus et huius insuper filii Roboami, qui post Salomonem Hierosolymis regnavit. Verum ne omnino quae ad Iudaeorum religionem attineat praetermittam, nullaque ex parte illorum opiniones attingam, pauca de multis complectar. Neque enim cuiquam fere Iudaeorum religiones ignotae sunt. Ideoque in eo argumento tractando non admodum exquisite versabimur, sed e multis pauca libabimus, quae necessario perstringenda videntur.

Itaque Iudaei qui ab Abraamo tam generis quam religionis suc- Cap. III.
cessionem acceperunt, ab eodem circumcisionis ritum nacti sunt, quam ille undecentesimo aetatis anno divinitus adhibere iussus est, ob eam caussam quam antea proposuimus, ne scilicet eius posteri in aliena regione commorantes dei nomen ab sese reiicerent, imo velut inustum quoddam signum corpori suo circumferrent, quo vel commonefieri vel redargui possent, si quid admitterent, atque ut omnino paterna in religione institutoque persisterent. Abraami deinde filius Isaacus octavo quam natus erat die ex dei mandato circumcisus est. Nec dubium est quin tum divino praecepto sit instituta circumcisio, nec aliter tamen quam ad futurarum rerum veritatem velut imagine quadam adumbrandam; id quod postea suo loco demonstrabitur. Quamobrem circumcisi deinceps Abraami successores omnes ac posteri fuerunt, penes quos sincera religio ac dei cultus resedit. Idque cum ab Abraamo coeptum, tum singillatim ab Isaaco, Iacobo, huiusque liberis, in Chananaea, Iudaea ac Philistaea quondam, nunc Palaestina dicta, regione propagatum est. Sed
et in Aegypto non minus perseveratum est. Eo siquidem Iacobus, Gen. 46.
qui et Israelis cognomen habuit, una cum XI filiis profectus est anno aetatis CXXX. Nam Iosephus unus e liberorum illius numero iamdudum in Aegypto imperium administrabat, eo a fratribus per invidiam distractus. Sed divina providentia, quae sanctissimo viro praesto aderat eiusque commodis favebat, comparatas adversus Iosephum insidias admirabilem in felicitatem convertit. Atque, ut dicere coeperam, Iacobus eiusque liberi cum uxoribus ac nepotibus ad LXXV capita in Aegyptum migrarunt; ut in primo Pentateuchi Mosaici vo-

πάντων. Διετέλεσαν δὲ ἐκεῖσε ἐπὶ πέντε γενεαῖς, ὡς καὶ πολλάκις εἶπον. Νῦν δὲ ἀνάγκην ἔσχον ταῦτα δευτερῶσαι. Ἔμειναν γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ αἱ γενεαὶ ἀριθμούμεναι διὰ τοῦ Λευὶ, ἐξ οὗπερ οἱ ἱερεῖς κατεστάθησαν, καὶ διὰ τοῦ Ἰούδα, ἐξ οὗ μετὰ χρόνους ὁ βασιλεὺς ἦρξε Δαβίδ. Καὶ ὁ μὲν Λευὶς γεννᾷ τὸν Καὰθ, καὶ τοὺς ἄλλους,
pag. 18. Καὰθ γεννᾷ τὸν Ἀμρὰμ, Ἀμρὰμ γεννᾷ τὸν Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν, τὸν ἀρχιερέα. Οὗτος ὁ Μωϋσῆς ἐκβάλλει τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν δυνάμει θεοῦ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὡς ἔχει ἡ δευτέρα κατὰ τὴν νομοθεσίαν βίβλος.

Κεφ. δ'. [1] Τί μέντοι γε ἦν ἡ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ πολιτεία ἄχρι τούτου τοῦ χρόνου, οὐ πάνυ σαφῶς κατὰ τὸ φανερώτατον ἔστιν εἰπεῖν, ἢ μόνον ὅτι ἐν θεοσεβείᾳ καὶ περιτομῇ ὑπῆρχον, εἰ καὶ γέγραπται ὅτι ἐπληθύνθησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο. Πάντως γάρ που ὁ χρόνος τῆς αὐτῶν παροικίας καὶ ἐπιμιξίας διὰ ῥαθυμίαν τὸ χυδαῖον εἰργάσατο. Τίνων μέντοι γεύεσθαι, ἢ τίνα ἀπαγορεύειν, ἢ τἄλλα ὅσα κατὰ διαστολὴν τοῦ νόμου φυλάττειν προσετάχθησαν, οὔπω κατὰ τὸ φανερώτατον [2] ἐπεσημήνατο. Ἐξιόντων δὲ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτῶν ἐξόδου, νομοθεσίᾳ θεοῦ καταξιοῦνται διὰ χειρὸς αὐτοῦ τοῦ Μωϋσέως. Ἡ δὲ νομοθεσία ἡ ἐκ θεοῦ αὐτοῖς δοθεῖσα παιδαγωγοῦ δίκην, ὡς καὶ παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος, σωματικῶς μὲν διαστελλόμενος, πνευματικὴν δὲ ἔχων τὴν προσδοκίαν, ἐδίδασκε περιτέμνεσθαι, σαββατίζειν, ἀποδεκατοῦν πάντα τὰ αὐτῶν γεννήματα καὶ ὅσαπερ παρ' αὐτοῖς ἐτίκτετο, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, ἀπαρχάς τε διδόναι καὶ πεντηκοστὴν καὶ τριακοστὴν, εἰδέναι θεῷ μόνῳ καὶ αὐτῷ λατρεύειν. [3] Ἐν μοναρχίᾳ μὲν κηρυττόμενον τὸ ὄνομα, [4] ἐν δὲ τῇ μοναρχίᾳ ἡ τριὰς ἀεὶ κατηγγέλλετο καὶ ἐπιστεύετο [5] παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐξοχωτάτοις αὐτῶν, τουτέστι προφήταις καὶ ἡγιασμένοις. Θυσίας τε καὶ λατρείας διαφόρους τῷ παμβασιλεῖ θεῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ προσέφερον, ἐν τῇ λατρείᾳ τῆς σκηνοπηγίας, ὑπὸ Μωϋσέως διὰ τύπων δηλωθέντων αὐτῷ ὑπὸ θεοῦ κατασκευασθείσης. Ἐδέξαντο γοῦν οἱ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι καὶ προφητικὰς φωνὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐρχομένου, λεγομένου μὲν προφήτου, ὄντος δὲ θεοῦ, καὶ ἀγγέλου μὲν κληθέντος, υἱοῦ δὲ ὄντος θεοῦ, μέλλοντος δὲ ἐνανθρωπήσειν καὶ ἐν ἀδελφοῖς αὐτὸν ἐγκαταλέγεσθαι, ὡς ἔχουσι πᾶσαι αἱ θεῖαι γραφαὶ, μάλιστα ἡ τοῦ Δευτερονομίου κατὰ τὴν νομοθεσίαν πέμπτη βίβλος, καὶ καθεξῆς.

Cap. IV. — 1. *Reposuerim* Τίς μέντοι γε.
2. *Intell.* ὁ νόμος.
3. *Verba* Ἐν μοναρχίᾳ — — ὄνομα *non comparent in edit. Petavii.*
4. ἐν μοναρχίᾳ *edit. Petavii.*
5. *Fortasse* παρὰ τοῖς ἐξοχωτάτοις.

lumine legitur, ubi haec omnia accurate descripta sunt. Illic porro, quod a nobis saepe dictum est, et hoc loco necessario repetendum fuit, quinque aetatum spatio permanserunt. Quae quidem a Iacobo per Levi deductae numerantur omnes, de cuius stirpe sacerdotes instituti sunt: sed et eaedem aetates per Iudam digestae sunt, a quo David ille, qui postea regnavit, oriundus fuit. Etenim Levi Kaathum, aliosque genuit, Kaathus Amramum, Amramus Moysen, et Aaronem pontificem. Iam vero Moyses Israelitas divina vi fretus ex Aegypto traduxit, ut in secundo legis volumine scriptum est.

Caeterum quodnam ad hoc tempus fuerit Israelitarum vitae ge- Cap. IV.
nus atque institutum, declarare facile nemo potest, nisi illud duntaxat, legitimum apud eos divini numinis cultum cum circumcisione viguisse. Tametsi scriptum est, multiplicatos in Aegypto Israelis Exod 1, 7.
filios, et prae copia viles esse factos. Siquidem peregrinationis illa diuturnitas consuetudinisque cum externis per eorum negligentiam ad illam eos vilitatem abiecit. Verum quibus cibis fas esset uti, aut a quibus abstinendum foret, caeteraque omnia quae ex legis postea praescripto servanda proposita sunt, nondum deus aperte significarat. Posteaquam vero ex Aegypto digressi sunt, anno profectionis secundo, lex illis a deo interprete Mose traditur, quae paedagogi vices gerens (revera enim munus illud exercebat, cum quae ad corpus pertinentia praescriberet, spirituale quiddam spe atque expectatione continerent) circumcidi iubebat, ac celebrare sabbatum, decumasque frugum et fetuum omnium, tam hominum quam pecorum, nec non et primitias ac quinquagesimas tricesimasque deo soli consecrare, hunc adorare solum, cuius etsi nomine unicus duntaxat praedicabatur omnium moderator ac princeps, una tamen et trinitas semper in illa singulari divinitate nunciata creditaque ab illis est, qui caeteris antecellerent, cuiusmodi prophetae atque eximia sanctitate praediti homines fuerunt. Praeterea certis sacrificiis variisque ritibus ac ceremoniis in deserto praepotentis ad dei cultum operati sunt, cum in tabernaculi religione essent assidui, quod a Moyse ad illud exemplar quod a deo monstratum est, fuerat extructum. Sed iidem Iudaei de adventu Christi prophetarum accepere responsa, quibus cum ille propheta diceretur, revera tamen deus erat, deique filius, cum angelus appellaretur, quem et hominem futurum seque ad fratres suos aggregaturum illa eadem oracula prodiderunt. Cuius rei fidem divinae omnes scripturae faciunt, sed Deuteronomii liber imprimis, quod est quintum legis volumen, ac reliqua deinceps omnia.

Κεφ. ε΄. pag. 19. Ἔσχον δὲ οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι ἄχρι τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίας ἐπανόδου βίβλους τε καὶ προφήτας τούτους καὶ προφητῶν βίβλους ταύτας· πρώτην μὲν Γένεσιν, δευτέραν δὲ Ἔξοδον, τρίτην Λευιτικὸν, τετάρτην Ἀριθμοὺς, πέμπτην Δευτερονόμιον, ἕκτην βίβλον Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἑβδόμην τῶν Κριτῶν, ὀγδόην τῆς Ῥοὺθ, ἐνάτην τοῦ Ἰὼβ, δεκάτην τὸ Ψαλτήριον, ἑνδεκάτην Παροιμίας Σολομῶντος, δυοδεκαιδεκάτην Ἐκκλησιαστὴν, τρισκαιδεκάτην τὸ Ἆισμα τῶν ᾀσμάτων, τεσσαρεσκαιδεκάτην πρώτην Βασιλειῶν, πεντεκαιδεκάτην δευτέραν Βασιλειῶν, ἑκκαιδεκάτην τρίτην Βασιλειῶν, ἑπτακαιδεκάτην τετάρτην Βασιλειῶν, ὀκτωκαιδεκάτην πρώτην Παραλειπομένων, ἐννεακαιδεκάτην δευτέραν Παραλειπομένων, εἰκοστὴν τὸ Δωδεκαπρόφητον, εἰκοστὴν πρώτην Ἡσαΐαν τὸν προφήτην, εἰκοστὴν δευτέραν τὸν προφήτην Ἱερεμίαν, μετὰ τῶν Θρήνων καὶ Ἐπιστολῶν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Βαροὺχ, εἰκοστὴν τρίτην Ἰεζεκιὴλ τὸν προφήτην, εἰκοστὴν τετάρτην Δανιὴλ τὸν προφήτην, εἰκοστὴν πέμπτην τὸ πρῶτον βιβλίον τοῦ Ἔσδρα, εἰκοστὴν ἕκτην τὸ δεύτερον βιβλίον, εἰκοστὴν ἑβδόμην τὸ βιβλίον Ἐσθήρ. Καὶ αὗται εἰσὶν αἱ εἰκοσιεπτὰ βίβλοι αἱ ἐκ θεοῦ δοθεῖσαι τοῖς Ἰουδαίοις, εἰκοσιδύο δὲ ὡς τὰ παρ᾽ αὐτοῖς στοιχεῖα τῶν Ἑβραϊκῶν γραμμάτων ἀριθμούμεναι, διὰ τὸ διπλοῦσθαι δέκα βίβλους εἰς πέντε λεγομένας. Περὶ τούτου δὲ ἄλλῃ που σαφῶς εἰρήκαμεν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι δύο βίβλοι παρ᾽ αὐτοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἡ Σοφία τοῦ Σιρὰχ, καὶ ἡ τοῦ Σολομῶντος, χωρὶς ἄλλων τινῶν βιβλίων ἐναποκρύφων. Πᾶσαι δὲ αὗται ἱεραὶ βίβλοι τὸν Ἰουδαϊσμὸν ἐδίδασκον, καὶ τὰ τοῦ νόμου φυλάγματα, ἕως τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ καλῶς ἐφέροντο παιδαγωγούμενοι ἐν τῷ νόμῳ, εἰ ἐδέξαντο τὸν Χριστὸν τὸν ὑπὸ τοῦ παιδαγωγοῦ, φημὶ δὲ τοῦ νόμου, αὐτοῖς προκηρυχθέντα τε καὶ προφητευθέντα, ἵνα δεξάμενοι αὐτοῦ τὴν θεότητα καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν μάθωσιν, οὐ κατάλυσιν νόμου, ἀλλὰ τὴν τοῦ νόμου πλήρωσιν. Ἐπειδὴ οἱ τύποι ἐν τῷ νόμῳ ἦσαν, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἐκεῖ γὰρ ἡ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα χρόνῳ ἕως τῆς μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι τοῦ βαπτίσματος τοῦ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα θεοῦ. Καὶ ἦν ἐκεῖ σάββατον, κατέχον ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα σάββατον, τουτέστιν εἰς ἀνάπαυσιν Χριστοῦ, ἵνα ἐν Χριστῷ σαβ-
pag. 20. βατίσωμεν ἀπὸ ἁμαρτημάτων. Καὶ ἦν ἐκεῖ πρόβατον ἄλογον θυόμενον, καθοδηγοῦν ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα πρόβατον καὶ ἐπουράνιον ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου τυθέν. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἀποδεκάτωσις ἀσφαλιζομένη, ἵνα μὴ λάθῃ ἡμᾶς τὸ ἰῶτα, ἡ δεκὰς, τὸ πρῶτον στοιχεῖον τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος.

Κεφ. ς΄. Ἐπεὶ οὖν τῷ τύπῳ ἤχθησαν, καὶ οὐκ ἔφθασαν εἰς τελείωσιν τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν καὶ ἄλλων καὶ πάσης βίβλου κεκη-

Ac quod ad Iudaeos istos attinet, ad illud usque tempus, quo ex Babylonica servitute reversi sunt, hos et prophetas et prophetarum libros habuerunt. Primus est Geneseos liber, II. Exodi, III. Leviticus, IV. Numeri, V. Deuteronomium, VI. Liber Iesu filii Nave, VII. Iudicum, VIII. Rhuth, IX. Iob, X. Psalterium, XI. Parabolae Salomonis, XII. Ecclesiastes, XIII. Canticum Canticorum, XIV. Liber I. Regnorum, XV. Liber II. Regnorum, XVI. Liber III. Regnorum, XVII. Liber IV. Regnorum, XVIII. Liber I. Paralipomenon, XIX. Liber II. Paralipomenon, XX. Duodecim Prophetarum, XXI. Isaias propheta, XXII. Hieremias propheta, cum Lamentationibus, et Epistolis tam eius quam Baruchi, XXIII. Ezechiel, XXIV. Daniel, XXV. Liber I. Esdrae, XXVI. Liber Esdrae II., XXVII. Esther. Atque haec sunt XXVII volumina, quae Iudaeis sunt concessa divinitus, quae ad XXII pro literarum quae apud Hebraeos sunt numero rediguntur; propterea quod X ex illis in quinque iuga distribuuntur. De quo alio loco perspicue disputavimus. Sunt et alii duo libri, quos illi pro dubiis habent, nimirum Sirachi et Salomonis Sapientia, praeter alios quosdam qui apocryphi, hoc est obscuri dicuntur. Porro omnia illa sacrosancta volumina Iudaica instituta, legisque ceremonias docebant, usque ad Iesu Christi salvatoris adventum, omninoque praeclare sub hac lege, velut quodam institutore cum illis actum foret, si quem eadem illa lex praedixerat, venturumque monstraverat, Christum agnoscere voluissent, ut eius divinitatem confessi hoc ipsum quod corpore praeditus advenisset, non ad legis eversionem pertinere, sed ad eius consummationem intelligerent; quoniam umbrae duntaxat atque imagines in lege, in evangelio veritas ipsa continetur. Nam illic corporis praescripta circumcisio est, quae in usu tamdiu fuit, quoad ingens est illa circumcisio subsecuta, baptismus videlicet, quo nos a peccatis praecidimur, et in dei nomine signamur. Habebant illi praeterea sabbatum, quod nos ad magnum illud sabbatum, hoc est Christi domini quietem, praeparando detinet, ut a peccato cessantes velut sabbatum quoddam in Christo celebremus. Erat penes illos et ovis victima rationis expers, quae nos ad illam magnam coelestemque perduceret ovem, pro nostra mundique totius salute mactatam. Praeterea instituta apud illos decimatio fuit, quae nos eo praemuniret, ne iota literam, quae nota decussis est, idemque Iesu nominis primum elementum ignorare possemus. Cap. V.

Quoniam igitur per umbras ac figuras traducti sunt, nec eam perfectionem assecuti quam lex pariter ac prophetae caeterique omnes Cap. VI.

ρυγμένην, ἐξεβλήθησαν ἀπὸ τῆς γεωργίας, καὶ εἰςῆλθε τὰ ἔθνη, ἐκείνων μηκέτι δυναμένων σωθῆναι, εἰ μή τι ἀνακάμψωσιν εἰς τὴν χάριν τοῦ εὐαγγελίου. Πάντα γὰρ αὐτοῖς τὰ δικαιώματα κατήργηται, ἑκάστης μαρτυρίας τοῦτο λεγούσης, ὡς ἔχει ἐν πάσῃ γραφῇ. Συντόμως δὲ ἀπὸ μιᾶς μαρτυρίας τὸ ἀνυπέρθετον καὶ ἀπαράβατον τῆς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεως ἐροῦμεν, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἀκριβῶς τὴν κατ' αὐτῶν ψῆφον· καθώς φησιν, Ἥτις ψυχὴ οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἀπὸ τῆς φυλῆς αὐτῆς καὶ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς τοῦ κυρίου μέλλοντος τὰ διὰ τοῦ νόμου μυστικῶς παραδοθέντα τελείως καὶ σωτηριωδῶς ἐπασφαλίζεσθαι· τὸν δὲ μὴ ἀκούοντα αὐτοῦ, μηδὲ ἀνεχόμενον, μὴ ἔχειν σωτηρίαν, κἂν τε τὸν νόμον ποιήσῃ, τοῦ νόμου μὴ δυναμένου τελειοῦν τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὸ σωματικῶς τὰ ἐν αὐτῷ δικαιώματα γεγράφθαι, καὶ ἐν κυρίῳ Χριστῷ ἀληθινῶς πληροῦσθαι.

Ἕως τούτου μοι λελέχθω περὶ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ. Καὶ γὰρ ὀλίγων ἐμνημόνευσα εἰς τὸ μὴ πᾶν αὐτῶν παρασιωπῆσαι, ἀλλ' ἐν μέρει ὑποδεῖξαι. Πᾶσι γὰρ, ὡς εἰπεῖν, πρόδηλός ἐστιν ἡ κατ' αὐτοὺς ὑπόθεσις, καὶ ὁ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγχος. Ἐδείξαμεν δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν, πόθεν ἔσχον τὴν εἰςαγωγὴν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἐκ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ τοῦ πατριάρχου θεοσεβείας καλοῦνται θεοσεβεῖς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ, ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκγόνου αὐτοῦ, φημὶ δὲ Ἰακὼβ, τοῦ καὶ Ἰσραὴλ, Ἰσραηλῖται. Ἐξ ἡμερῶν δὲ Δαβὶδ, τοῦ βασιλεύσαντος ἐκ
pag. 21. φυλῆς Ἰούδα, ἐκαλοῦντο Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἰσραηλῖται πᾶσαι αἱ δώδεκα φυλαὶ, καὶ ἕως [1] Σολομῶνος τοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, καὶ ἕως τοῦ Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶνος, ἐκγόνου δὲ τοῦ Δαβίδ. Καὶ κατ' ἐπιτίμησιν θεοῦ, καὶ ἀναξιότητα τοῦ Ῥοβοὰμ, ἐσχίσθησαν αἱ δεκαδύο φυλαὶ καὶ γεγόνασι δύο ἥμισυ μετὰ τοῦ Ἰούδα, τουτέστι μετὰ Ῥοβοὰμ, καὶ ἐννέα ἥμισυ μετὰ Ἱεροβοάμ. Ἐκαλοῦντο δὲ αἱ ἐννέα Ἰσραηλῖταί τε καὶ Ἰσραὴλ, βασιλευόμεναι ὑπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ναβὰτ ἐν Σαμαρείᾳ· αἱ δὲ δύο εἰς Ἱερουσαλὴμ Ἰουδαῖοι καλούμενοι, βασιλευόμεναι ὑπὸ Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶντος, καὶ γεγόνασι πάλιν διαδοχαὶ βασιλέων. Ῥοβοὰμ γεννᾷ τὸν Ἀβιὰ, Ἀβιὰ τὸν Ἀσὰ, Ἀσὰ τὸν Ἰωσαφὰτ, Ἰωσαφὰτ τὸν Ἰωρὰμ, Ἰωρὰμ τὸν Ὀχοζίαν, Ὀχοζίας τὸν Ἰωὰς, Ἰωὰς τὸν Ἀμεσίαν, Ἀμεσίας τὸν Ἀζαρίαν, τὸν καλούμενον Ὀζίαν, Ἀζαρίας [2] καὶ Ὀζίας τὸν Ἰωάθαμ, Ἰωάθαμ τὸν Ἀχαὰζ, Ἀχαὰζ τὸν Ἐζεκίαν.

Cap. VI. — 1. Σολομῶντος *cod. Rhedig.*

2. *Repone* ὁ καὶ Ὀζίας. *Pro* Ὀζίας *libri vulgo* Ὀσίας.

atque universa scripturarum oracula praedicabant, ab agricolatione depulsi sunt, eorumque loco gentes introductae; adeo ut nulla sit illis consequendae salutis alia relicta ratio quam ut ad evangelii gratiam postliminio confugiant. Etenim apud ipsos omnia iustitiae praesidia cassa inaniaque reddita sunt; uti passim divinae literae, et ubique fere testantur. Ex quibus unum duntaxat testimonium adferemus, quo quam immutabilis firmaque adversus illos lata sententia sit paucis ostenditur. Quid enim in ipsos a deo decretum sit, verba illa declarant: *Anima*, inquit, *quae prophetam illum non* Cf. Deut. 18.
audierit, exterminabitur a tribu sua, et ab Israele, et ab omni regione quae coelo subiicitur. Quod nimirum quae lex mystice tradiderat, haec a Christo domino consummari munirique perfecte ac salubriter oportebat, ac quisquis illum audire renueret, aut detrectaret imperium, eum tametsi legem usquequaque servaret omni spe potiundae salutis excludi. Neque enim lex praestare perfectum hominem potest, pro eo quod crassa omnia corporeaque consequendae iustitiae praesidia complectitur, quae in Christo domino reipsa consummantur.

Hactenus de Iudaeorum secta. De qua pauca quaedam commemorare visum est, ne omnino praetermitteremus, atque ut ex parte saltem quae illorum propria sunt oratione prosequeremur. Praesertim cum omnibus fere tam illorum sit institutum, quam eius redarguendi convincendique ratio perspecta. Nos vero primordia illius ostendimus et undenam excitatum fuerit docuimus, ac quemadmodum ab Abraami patriarchae religione a quo procreati fuerant Religiosi principio nominati sint, Israelitae vero ab illius filio Iacobo, qui Israel vocatus est. Sed a Davidis tempore, qui e Iudae stirpe regnum obtinuit, XII omnes tribus Iudaei atque Israelitae promiscue dicebantur, usque ad Salomonem Davidis, et Roboamum Salomonis filium, Davidis nepotem. Ex quo quidem per iustissimam dei animadversionem, quodque male meritus erat Roboamus, XII illae tribus divisae sunt, adeo ut duabus cum dimidia Iudae sive Roboamo relictis, novem cum dimidia Ieroboamo fuerint concessae. Hae vero novem Israelitarum, aut Israelis nomine censebantur, quibus Ieroboamus Nabati filius praeerat, eiusque regni sedes in Samaria constituta. Reliquae duae Hierosolymis contributae penes quas Iudaeorum nomen resedit. Harum princeps Roboamus erat Salomonis filius, atque ab eo deinceps regum est deducta successio. Etenim Roboamus Abiam genuit, Abias Asam, Asa Iosaphatum, Iosaphatus Ioramum, Ioramus Ochoziam, Ochezias Ioam, Ioas Amasiam, Amasias Azariam, qui et Ozias vocatus est, Azarias sive Ozias Ioathamum, Ioathamus Achasum, Achasus Ezechiam, Ezechia por-

Horum primi fuere Sadducaei a Dositheo illo propagati. Qui nimirum Sadducaeos se a iustitia nominant. Sedek enim iustitiam significat. Sed et Sadoc quidam ex antiquis sacerdotibus appellatus est. Verum isti a magistri doctrina desciverunt. Etenim mortuorum resurrectionem sustulerunt; in quo cum Samaritanis conveniunt. Sed angelos contra quam Samaritani repudiant, ac spiritum sanctum ignorant, quem nec accipere meruerunt. Eadem porro cum Samaritanis instituta custodiunt. Quamquam Iudaei, non Samaritani fuerunt. Siquidem Hierosolymis sacrificabant, caeteraque omnia cum Iudaeis communiter gerebant. Atque hos quidem una Christi domini sententia omni fide digna prosternet, quam ipsi ex propositae quaestionis dissolutione in seipsos provocarunt, cum ad eum accedentes rogarunt fierine posset mortuorum resurrectio. Matth. 22, 23.
Item fuisse septenos fratres, quorum primus uxore ducta cum sine liberis decessisset, secundus eam excepit, ex Mosis praescripto, qui viro sine liberis defuncto succedere fratrem in illius coniugium iussit, viduamque ducere, quo in mortui nomen posteritatem excitaret. Accidit igitur, aiebant, ut illam primus ac secundus uxorem habuerint ac mortui sint, septemque itidem omnes. In resurrectione itaque mortuorum cuius haec uxor erit, quandoquidem septem illam coniugem habuerunt? Ad haec dominus ita respondit: *Erratis nescientes scripturas ac virtutem dei; in resurrectione enim mortuorum neque uxores ducunt, neque nubunt, sed pares sunt angelis. Quod autem mortui resurgent, Moyses vos docet, quoniam ita deus ille re-* Exod. 3, 6. *spondit: Ego sum deus Abraam, et deus Isaac, et deus Iacob, deus vivorum non mortuorum.* Ita os illis occlusit. Faciles enim ad refellendum sunt, nec vel brevi spatio veritati possunt resistere.

ΚΑΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ.

Δευτέρα αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, πεντεκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. *Μετὰ τούτους τοὺς Σαδδουκαίους Γραμματεῖς γεγόνασιν ἀνὰ μέσον τοῦ χρόνου, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν ἡλικίαν κατάγοντες, οἵτινες ἦσαν δευτερωταὶ τοῦ νόμου, ὡς γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι, τὰ ἄλλα πράττοντες τῶν Ἰουδαίων, περιττὴν δέ τινα δῆθεν σοφιστικὴν ὑφήγησιν εἰσηγούμενοι, οὐ κατὰ νόμον μόνον βιοῦντες, ἀλλὰ περισσότερον, ξεστῶν βαπτισμοὺς φυλάσσοντες καὶ ποτηρίων καὶ πινάκων καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν τῆς ὑπηρεσίας, ὡς δῆθεν ἐπὶ τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ὅσιον διακείμενοι, πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι, πυγμῇ δὲ καὶ καθαρισμούς τινας δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμηχόμενοι, ἔχοντες δέ τινα κράσπεδα σημαντικὰ τῶν αὐτῶν πολιτείας, εἰς ἐπίδειξιν κόμπου καὶ ἔπαινον τῶν θεωμένων. Καὶ φυλακτήρια παρ' ἑαυτοῖς ἐπὶ τὰ ἱμάτια ἐπετίθετο, τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας. Νομίσειε δ' ἄν τις, ἐπειδήπερ καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ [1] τοῦτο ἐμφέρεται, μὴ ἄρα [2] περὶ περιάπτων λέγει, ἐπειδὴ γὰρ καὶ εἰώθασί τινες τὰ περίαπτα φυλακτήρια ὀνομάζειν. Οὐκ ἔχει δὲ ὁ λόγος τὸ παράπαν περὶ τούτου. Ἀλλ' ἐπειδὴ στολὰς, εἴτ' οὖν ἀμπεχόνας οἱ τοιοῦτοι ἀνεβάλλοντο καὶ δαλματικὰς, εἴτ' οὖν κολοβίωνας ἐκ πλατυσήμων διὰ πορφύρας ἀλουργοῦφεῖς κατεσκευασμένας, τὰ δὲ σήματα τῆς πορφύρας φυλακτήρια εἰώθασιν οἱ ἠκριβωμένοι μετονομάζειν, τούτου ἕνεκεν φυλακτήρια αὐτὰ καὶ ὁ κύριος κατ' ἐκείνους εἴρηκε. Δηλοῖ δὲ ἡ ἀκολουθία τὴν φράσιν τῆς ὀνομασίας, καὶ τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων. Τὰ κράσπεδα, ἵνα εἴπῃ κροσσούς, καὶ τὰ φυλακτήρια, ἵνα εἴπῃ τῆς πορφύρας τὰ σήματα. Φησὶ γάρ, Ὅτι πλατύνετε τὰ φυλακτήρια, καὶ τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων ὑμῶν μεγαλύνετε. Ῥοΐσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα [3] πτερύγια τοῦ τρίβωνος ἕκαστος εἶχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμονος καταδεδεμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο ἢ παρθενίαν ἤσκεεν, ἐπειδὴ γὰρ ἕκαστος ταξάμενος ὥριζε καιρὸν ἁγνείας ἢ ἐγκρατείας, καὶ ταῦτα αὐτῶν τὰ πρωτότυπα ἦν, εἰς τὸ ἐμφαίνειν τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρ' αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενα, ἵνα μηδεὶς ἅψηται δῆθεν τῶν ἡγιασμένων.*

pag. 33.

Δευτερώσεις δὲ παρ' αὐτοῖς τέσσαρες ἦσαν. Μία μὲν εἰς ὄνομα Μωϋσέως τοῦ προφήτου, δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν Ἀκιβᾶν οὕτω καλούμενον, ἢ Βαρακιβᾶν, ἄλλη δὲ εἰς τὸν Ἀνδᾶν, ἢ Ἀννᾶν, τὸν καὶ Ἰούδαν, ἑτέρα δὲ εἰς τοὺς υἱοὺς [4] Ἀσσαμωναίου. Ἐκ τούτων τῶν τεσσάρων δευτερώσεων [5] ὅσα παρ' αὐτοῖς νενόμισται, οἰή-

Cap. I. — 1. τοῦτο *cod. Rhedig. Vulgo* τούτῳ.
2. περὶ *praepositio desideratur vulgo in libris.*
3. *Cf. Franc. Franci (Cl. Salmasii) Confutat. Animadversionum Anton. Cercoetii p. 51 sqq.*

CONTRA SCRIBAS.
Quae est II. Iudaismi secta, ordine XV.

Post Sadducaeos interiecto tempore, vel eodem etiam quo illi, Scribae prodierunt, legis interpretes, ac velut quandam grammaticam professi, cum caeteris in rebus Iudaeorum institutis inhaereant, quae superstitiosis et cavillatoriis inventis interpolarunt. Neque enim ex legis duntaxat praescripto vivunt, verum insuper urceos et calices, ac discos, et reliqua utensilia lavant, utpote sincerae, ac sanctioris disciplinae cultores. Nam et manus frequenter abluunt, et aquis se ac lavacris abstergunt. Habent et certas fimbrias, quae instituti sunt eorum signa, ad pompam et ostentationem captandaque spectantium praeconia compositas. Ad haec vestes phylacteriis distinctas gerebant, quae sunt latiora quaedam purpurae segmenta. De quibus cum evangelium meminerit, suspicari quispiam possit de amuletis hic sermonem institui, quod a nonnullis amuleta phylacteria vocentur. Verum longe alia ratio est. Quippe cum stolis, sive vestimenti genere quodam uterentur isti quod Dalmaticas aut Colobia appellare possumus, quae amplioribus ex purpura segmentis erant intexta. Eiusmodi porro segmenta qui accuratius loquuntur nominare phylacteria solent. Horum consuetudinem secutus dominus eadem illa phylacteria nuncupavit. Sed et sequentia de acceptione vocis istius haud dubiam fidem faciunt. Subiicit enim et vestimentorum κράσπεδα, hoc est fimbrias. Ita et phylacteria purpureos illos quos dixi clavos appellavit. *Quoniam*, inquit, *dilatatis phylacteria, et fimbrias vestimentorum ampliores facitis.* Etenim corymbos Punicorum malorum specie quatuor e pallii laciniis pendentes, atque ex ipso stamine alligatos, eo tempore gerebant quo continentiam aut virginitatem servabant. Nam quilibet certum sibi tempus castitatis aut continentiae praescribebat, atque illa velut exempla quaedam et imagines erant, quibus institutum suum exprimebant, ne quis utpote sanctos auderet attingere.

Cap. I. — Marc. 7, 3. — Matth. 23, 5.

Quatuor apud eosdem Traditionum, quas Δευτερώσεις vocabant, fuere genera. Primum Mosis prophetae nomine est inscriptum. Secundum Akibae cuidam magistro, vel Barakibae, tribuunt. Tertium Andani, vel Annani, qui et Iudas dicitur. Quarti Assamonaei filios auctores iactitant. Quatuor ex hisce fontibus manarunt ea quae apud illos inani quadam opinione sapientiae constituta, cum sint inepta

4. Ἀσσαμαναίου *cod. Rhediger.* 5. *Rescribo* ὅσαπερ αὐτοῖς.

σει σοφίας, ἀσοφίας δὲ τὰ πλεῖστα, αὔχεῖται καὶ ᾄδεται, καὶ ἐν τάξει [6] προκριτέας διδασκαλίας βοᾶταί τε καὶ φημίζεται.

ΚΑΤΑ ΦΑΡΙΣΑΙΩΝ.

* Τρίτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, ἑξκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α΄. Ταύταις ταῖς δυσὶν αἱρέσεσι κατ' ἀκολουθίαν συνῆπται ἡ τῶν Φαρισαίων αἵρεσις, ἄλλη τις, οἵτινες τὰ αὐτὰ τούτοις ἐφρόνουν, Γραμματεῦσι δέ φημι, τοῖς ἑρμηνευομένοις νομιδιδασκάλοις· συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί. Ἄλλα δὲ καὶ παρὰ τούτους πάλιν οἱ Φαρισαῖοι ἐφρόνουν, πολιτείας μείζους ἔχοντες. Τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν, ὅτε ἤσκουν, [1] ὥριζον δεκαετίαν [2] ἢ ὀκταετίαν ἢ τετραετίαν ὁμοίως παρθενίας ἢ ἐγκρατείας. Συνεχῶς εὐχόμενοι πυκνότερον ἀγῶνα τοῦτον ἐνίσταντο, pag. 31. διὰ τὸ δῆθεν μὴ σωματικόν τι παθεῖν, ἢ κλαπῆναι δι' ὀνειράτων, [3] ἀηδῆ γε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένων. Καὶ οἱ μὲν σανίδας ἑαυτοῖς ἐφιλοκάλουν σπιθαμῆς μόνης τὸ πλάτος, καὶ ἐπὶ ταύτην ἑαυτοὺς ἐτίθεσαν κατὰ τὴν ἑσπέραν, ἵνα εἰ ὑπνώσειέν τις καὶ καταπέσοι εἰς [4] τοὔδαφος, αὖθις ἐγείρηται εἰς εὐχὴν, διὰ τὸ ἄγρυπνον ἔχειν τὸν βίον κατὰ τὸ δυνατόν· ἄλλοι δὲ [5] κάχληκας συλλέγοντες ἑαυτοῖς ὑπεστρώννυον, εἰς τὸ νυττομένους μὴ ὕπνῳ βαθεῖ φέρεσθαι, ἀλλὰ βιάζεσθαι [6] γρήγορσιν ἑαυτοῖς προςπορίζεσθαι. Ἄλλοι δὲ καὶ ἀκάνθας στρωμνὴν εἶχον, διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Ἐνήστευον [7] δὲ δὶς τοῦ σαββάτου, δευτέραν καὶ πέμπτην, ἀπεδεκάτουν [8] δὲ τὴν δεκάτωσιν. Τὰς ἀπαρχὰς ἐδίδουν, τριακοντάδας τε καὶ πεντακοντάδας, τάς τε θυσίας [9] ἀσφαλέστατα καὶ τὰς εὐχὰς ἀπετίννυον. Τῷ δὲ [10] προειρημένῳ σχήματι τῶν Γραμματέων προήρχοντο, διά τοι τῆς ἀμπεχόνης καὶ διὰ τῶν ἄλλων σχημάτων καὶ [11] γυναικικῶν ἱματίων ἐν πλατείαις [12] ταῖς κρηπῖσι καὶ γλώτταις τῶν ὑποδημάτων προϊόντες. Ἐλέγοντο δὲ Φαρισαῖοι διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων, διὰ τὴν ἐθελοπερισσοθρησκείαν [13] παρ' αὐτοῖς νεμομισμένην. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός.

Κεφ. β΄. Ὡμολόγουν [1] δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν, ἐπίστευόν τε ἀγγέλους εἶναι καὶ πνεῦμα, ἠγνόησαν δὲ υἱὸν θεοῦ, ὡς οἱ ἄλλοι. Ἀλλὰ

6. *Libri vulgo* προκριταίας.

* ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ Γ, τῆς δὲ ἀκολουθίας ις *cod. Venet., pro more.*

Cap. I. — 1. καὶ ὥριζον *cod. Venet.*

2. ἢ ὀκταετίαν ἢ τετραετίαν *cod. Venet.*

3. ἀηδῆ γε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένων *rescripsi, postulante sententia, mei ingenii periculo. Ios. Scaligero placuit* ἀηδῆ ἔκκρισιν σπέρματος ἀπεργαζομένων. *Libri habent* ἀηδῆ τε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένην. *Apud Nicetam Choniatam Thesaur. Orthod. Fidei I, 40. legitur:* „οἱ μὲν εἰς δεκαετίαν, οἱ δὲ εἰς ὀκταετίαν, οἱ δὲ τετραετίαν, μέχρι τῆς δι' ὀνείρων κλοπῆς ἀπομαχόμενοι.“

4. τὸ ἔδαφος *cod. Venet.*

5. κόχλακας ἐκλέγοντες *cod. Venet.*

6. γρηγορεῖν *cod. Venet.*

7. δὲ *om. cod. Ven. Pro* δὶς *supra*

pleraque, praedicantur nihilominus, ac tanquam ab excellenti disciplina profecta summa ostentatione celebrantur.

ADVERSUS PHARISAEOS,
quae est haeresis Iudaismi III., ordine XVI.

Secundum ambas illas proxime Pharisaeorum haeresis sequitur, alterius generis, tametsi cum Scribis, quos Legis doctores interpretantur, eadem sentirent. Cum iis enim legis quoque periti coniuncti erant. At Pharisaei ad horum ritus alia rursus adiiciebant, et severioribus se institutis adstrinxerant. Quidam enim cum suas illas exercitationes adhiberent, decem, vel octo, vel quatuor annorum sibi spatia praefigebant quibus virginitatem aut castimoniam colerent; hoc tempus continuis precibus traducebant, et id certaminis frequentius instaurabant, ne ullam corporis labem contraherent, neve furtim turpe aliquod in somnis profluvium obreperet. Ergo alii tabulas ad eum usum parabant, latitudine non amplius dodrantali, in quibus post vesperam iacebant, ut si fortasse dormirent, in pavimentum prolapsi rursum se ad orandum excitarent; quo somni quoad liceret expertes aetatem transigerent. Alii collectos calculos substernebant, quorum vellicatio profundiorem somnum arceret, ut vel inviti pervigiles esse consuescerent. Nec defuere qui iisdem de caussis spinas subiicerent. Caeterum bis hebdomada quaque ieiunare mos illis fuit, secunda videlicet ac quinta die. Ad haec decimarum decimas dabant; primitias offerebant, tricesimas et quinquagesimas; sacrificia votaque sua accuratissime persolvebant. Cultus idem illis qui et Scribis, de quo proxime dictum est, vestis scilicet ac reliquus corporis habitus. Sed et muliebria palliola gestabant, et cum latioribus crepidis ac solearum ligulis procedere solebant. Qui ideo Pharisaei dicti sunt, quod essent propter adscititiam illam superstitiosamque disciplinam a reliquis seiuncti. Phares enim Hebraice separationem significat. Cap. I.

Mortuorum porro resurrectionem persuasam habebant. Angelos ac spiritum esse credebant. Sed ut caeteri dei filium igno- Cap. II.

pag. 22. ex cod. Ven. et Anaceph. reposuimus διὰ. *Illud utrobique retinuit Petavius,* σάββατον *hebdomadam interpretans, velut si haberet* σάββατα. *Nicetas Chon. l. l. habet* „ἐνήστευον δὲ δὶς σαββάτου, ἤτοι δευτέραν καὶ πέμπτην.“

8. δὲ *om. cod. Venet.*

9. καὶ τὰς εὐχὰς ἀσφαλέστατα *cod. Venet.*

10. προςερημένῳ *cod. Venet.*

11. γυναικείων *cod. Venet.*

12. ἐν ταῖς *suspicatus est Ios. Scaliger. Fortasse reponendum* ἐν πλατείαις κρηπῖσι.

13. τὴν παρ᾽ αὐτοῖς *cod. Venet.*

Cap. II. — 1. τε *cod. Ven.*

καὶ εἱμαρμένη καὶ ἀστρονομία παρ᾽ αὐτοῖς [2] σφόδρα ἐχρημάτιζεν. Αὐτίκα γοῦν τὰ Ἑλληνικὰ ὀνόματα τὰ ἐκ τῆς τῶν πεπλανημένων ἀστρονομίας κατὰ τὴν [3] Ἑβραΐδα διάλεκτον ἑτέροις ὀνόμασι παρ᾽ αὐτοῖς μετωνόμασται, [4] οἷον Ἥλιος [5] Ἧμα καὶ Σεμὲς, Σελήνη [6] Ἰέρεε καὶ Ἀλβανὰ, ὅθεν καὶ Μήνη καλεῖται. [7] Ἰέρεε γὰρ ὁ μὴν λέγεται, Μήνη δὲ Σελήνη, ὡς καὶ παρ᾽ Ἕλλησι διὰ τὸν μῆνα. [8] Ἄρης Χωχὲβ Ὀκμὼλ, Ἑρμῆς [9] Χωχὲβ Ὀχμὸδ, Ζεὺς [10] Χωχὲβ Βάαλ, Ἀφροδίτη [11] Σεροῦα ἤτοι [12] Λουὴδ, Κρόνος Χωχὲβ Σαβήθ. Λέγεται δὲ [13] πάλιν παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν, οὐκ ἠδυνήθην δὲ ἀκριβῶς τὴν τούτων ἐπωνυμίαν ἐκθεῖναι. Ἀλλὰ καὶ τὰ ματαίως [14] νομιζόμενα
pag. 35. *εἰς ἀριθμὸν [15] στοιχείων παρὰ τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα, ἃ ζώδια καλοῦσι, καὶ ἀθεμίτως τὸν κόσμον εἰς ἀσέβειαν ἐπλάνησαν, οὕτω πάλιν Ἑβραϊκῶς αὐτὰ καλοῦσι· [16] Τέλαα, Σὼρ, Θωμὶμ, [17] Σαρατὰμ, [18] Ἄρι, Βεθουλὰ, [19] Μωμαζανὴ, [20] Ἀκρὰβ, [21] Κεσὲτ, Γαδὶ, [22] Δαλμιΐ, [23] Δεγγὶμ, οἵτινες τοῖς Ἕλλησι μάτην, λέγω δὴ οἱ Φαρισαῖοι, ἀκολουθήσαντες μετωνόμασαν εἰς τὴν Ἑβραΐδα τὰ αὐτὰ ὀνόματα οὕτω· Κριὸν δὴ τοῖς παρ᾽ ἐκείνοις λεγόμενον [24] Τέλαα, Ταῦρον [25] Σὼρ, Διδύμους Θωμὶμ, Καρκῖνον [26] Σαράταν, Λέοντα [27] Ἄρι, Παρθένον Βεθουλὰ, Ζυγὸν Μωζανὴ, Σκορπίον [28] Ἀκρὰβ, Τοξότην Κεσὲτ, Αἰγόκερον Γαδὶ, Ὑδρηχόον [29] Δαλὶ, Ἰχθύας Δεγγίμ.*

Κεφ. γʹ. *Ταῦτα δέ μοι οὐκ εἰς στρόβησιν τῶν ἐντυγχανόντων κατατέτακται, οὐδ᾽ ἵνα τὴν χυδαιολογίαν τῶν τὴν ἀσύστατον καὶ φρενοβλαβῆ μωρολογίαν τῆς ἀστρονομίας τῷ βίῳ παρεισαξάντων συστήσω. [1] Ἐλήλεκται γὰρ αὕτη ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀσύστατος οὖσα καὶ ἐσφαλμένη. Εἴρηται δὲ καὶ ἡμῖν ἐν ἄλλοις λόγοις πολλὰ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν γένεσιν καὶ [2] εἱμαρμένην νομιζόντων, καὶ μάλιστα ἐν τῷ προοιμίῳ τούτου τοῦ συντάγματος ἐν ὀλίγῳ ἡμῖν κατὰ τῶν αὐτῶν πεπραγμάτευται. Ἀλλὰ διὰ τὸ μή τινα νομίσαι κατὰ συκοφαντίαν ἡμᾶς κατά τινων φέρεσθαι, καὶ μήτ᾽ ἀληθῆ ἐκ παραδώσεων ἀκριβώσαντας ἐκθέσθαι, ταῦτα ἡμῖν καὶ ὀνομαστὶ εἴρηται. Ἐσχάτη δὲ αὐτοῖς ἀπορία καὶ ἠλιθιότης οὐχ ἡ τυχοῦσα τοῖς καὶ ἀνάστασιν ὁμολογοῦσι, καὶ κρίσιν δικαίαν ὁριζομένοις, εἱμαρμένην λέγειν. Πῶς γὰρ δύναται κρίσις εἶναι*

2. σφόδρα *om. cod. Ven.*
3. Ἑβραϊκὴν *cod. Ven.*
4. οἷον *om. cod. Ven.*
5. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἡμακαίσεμες.
6. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἰερεεκαιαλβανά.
7. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἰερεὲ.
8. *Verba* Ἄρης Χωχὲβ Ὀκμὼλ *non extant in cod. Veneto.*
9. Χωκὲβ *cod. Ven.*
10. Χωκὲμ Βαὰλ *cod. Ven.*
11. Ζεροῦα *cod. Venet.*
12. λουνδὸ *cod. Venet.*
13. πάλιν *om. cod. Venet.*
14. κομιζόμενα *cod. Venet.*
15. *Cf. Cl. Salmasius de Annis Climacter. p. 576 sqq., et in (Franc. Franci) Confutat. Animadv. Antonii Cercoetii p. 75., cui placuit* νομιζόμενα εἰς ῥυθμὸν στοιχ.
16. τελασωρζωμὶν *cod. Ven.* τελαασὼρ ζωμὶμ *ed. princ.*
17. σαρατὰν *cod. Ven.*

rarunt. Quinetiam fato et astronomiae plurimum tribuebant. Argumento est quod Graeca omnia vocabula vanissimae illius artis propria totidem ab iis Hebraicis sunt reddita vocibus. Exempli caussa Sol Hamma et Semes ab iis appellatur, Luna Ieree et Hallebana: unde et Mene vocatur. Nam Ieree mensis, et Luna Mene dicitur, ac perinde ut apud Graecos a mense nominis appellationem derivat. Sequitur Mars, quem Cochab Oemol nominant; Mercurium vero Cochab Ochmod, Iovem Cochab Baal, Venerem Serua, vel Lued; Saturnus denique Cochab Sabeth vocatur. Sunt et illorum aliae nomenclaturae, quas accurate concipere minime potuimus. Neque iis contenti etiam coelestia illa signa, quae quadrifariam errore vanissimo pro elementorum numero distribuuntur (Zodia vulgo nominant), a quibus impietatis in mundum propagata sunt semina, ista, inquam, illi Hebraice ita reddiderunt: Telaa, Sor, Tomim, Saratam, Ari, Bethula, Mozenae, Acrab, Keset, Gadi, Dalmii, Deggim. Hunc in modum Pharisaei Graecorum vestigia persecuti eadem ab his usurpata vocabula Hebraicis vocibus interpretati sunt. Nam Aries is est quem Telaa nuncupant, Taurus Sor, Gemini Tomim, Cancer Sarata, Leo Ari, Virgo Bethula, Libra Mozane, Scorpius Acrab, Sagittarius Keset, Capricornus Gaddi, Aquarius Dali, Pisces Deggim appellantur.

Sed haec omnia nequaquam ad lectorum perniciem commemorare studuimus, neque ad eorum vanitatem commendandam qui stolidam et ineptam astronomiae scientiam in hominum vitam invexerunt. Satis illam vis ipsa veritatis expugnat, et eius errorem inconstantiamque coarguit. Ac cum nos alias pluribus adversus eos disputavimus, qui nativitatem ac fatum adstruebant, tum in operis huius exordio eundem errorem brevi reprehensione perstrinximus. Sed ne quis per calumniam incessere nos quempiam putaret, nec quae certo a nobis accepta explorataque essent in medium afferre, nominatim illa percensenda duximus. Est illud vero extremae cuiusdam imperitiae, ne dicam amentiae, cum resurrectionem mortuorum esse fateare, ac iustissimum de cuiusque factis iudicium constitutum, fatum nihilominus esse ullum asserere. Qui enim duo ista Cap. III.

18. ἀριθεβουλὰ *cod. Venet.*

19. *Ita omnes libri, praeter edit. Petav., in qua* Μωζανὴ.

20. ἀκραάβ *cod. Venet.*

21. καὶ σὲτ *cod. Venet.*

22. δαδμιί *edit. princ.* δαλλὶ *cod. Venet.* δαδλὶ *cod. Rhedig.*

23. διγγῖμ *cod. Venet.*

24. τελλά *cod. Venet.*

25. σήρ *cod. Venet.*

26. σαράτιν *cod. Venet.*

27. ἄρτι *cod. Rhedig. et edit. princ.*

28. ἀκραάβ *cod. Venet.* ἄκρο *cod. Rhedig. et edit. princ.*

29. δαλλὶ *cod. Venet.*

Cap. III. — 1. *Vulgo* ἥλεκται, *quomodo etiam cod. Rhedig.*

2. *Libri editi habent* εἱμαρμένην, *ubique.*

καὶ εἱμαρμένη; Δυοῖν γὰρ ἀνάγκη θάτερον, ἢ γενέσεως ὑπαρχούσης μὴ εἶναι κρίσιν, διὰ τὸ τὸν πράττοντα οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ πράττειν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἐπικρατείας τῆς πεπρωμένης, ἢ ὅτι κρίσεως ὑπαρχούσης, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἐπαπειλουμένης, καὶ νόμων δικαζόντων, καὶ τῶν τὸ πονηρὸν δρώντων δίκην ὑπεχόντων, νόμου τε ὁμολογουμένου δικαίου καὶ κρίσεως θεοῦ ἀληθεστάτης, ἀργὴν εἶναι τὴν πεπρωμένην, καὶ μὴ ἔχειν ὅλως σύστασιν τὸ παράπαν.

Κεφ. δ'. Ὁπότε διὰ τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν καὶ μὴ ἁμαρτεῖν, τὸν μὲν διὰ τὰ ἁμαρτήματα δίκην ἀπαιτεῖσθαι, τὸν δὲ ἔπαινον ἀπεκδέχεσθαι διὰ τὸ εὖ πεπραχέναι, ὥρισται καθ' ἑκατέρων τὸ διάφορον. Ὡς καὶ
pag. 36. μίᾳ φωνῇ δικαίᾳ λέγειν [1] ἑνὶ συντόμῳ ἀληθείᾳ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἐκ προσώπου κυρίου εἰρημένον, τὸ, Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγησθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Ὥστε παντί τῳ δῆλόν ἐστι καὶ ἀναμφίβολον ὡς τὸ αὐτεξούσιον παρείχετο θεὸς, δι' ἑαυτοῦ φήσας τὸ, Ἐὰν θέλητε, καὶ μὴ θέλητε, ὥστε περὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ ἀγαθοεργεῖν, ἢ τὸ φαύλων ἐφίεσθαι πραγμάτων. Οἷς ἐπιφωνητέον ἐστὶ πυκνότερον καὶ πολλαχῶς, καὶ οὐ διὰ μιᾶς φωνῆς, ἀλλὰ πολλάκις, τὰ παρὰ τοῦ σωτῆρος πρὸς αὐτοὺς εἰρημένα, Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καταλελοίπατε τὰ βαρέα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον, καὶ ἀποδεκατοῦτε τὸ ἄνηθον καὶ τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον, καὶ καθαρίζετε τὸ ἐκτὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος, τὸ δὲ ἐντός ἐστι μεστὸν ἀκαθαρσίας καὶ ἀκρασίας, καὶ δοκιμάζετε δίκαιον εἶναι ὀμνύναι ἐν τῷ ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ παρ' ὑμῖν τῷ ὅρκῳ [2] λέλυται, καὶ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ ὀμνύναι οὐδὲν εἶναί φατε, ἐὰν δέ τις ὀμόσῃ ἐν τῷ ὑπεράνω αὐτοῦ, τοῦτο δεδικαίωται. Οὐχὶ τὸ θυσιαστήριον βαστάζει τὸ ἐπικείμενον, καὶ ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ ἐπ' αὐτῷ ἐπικαθεζομένου; Καὶ ὅτι λέγετε, ἐάν τις εἴπῃ πατρὶ καὶ μητρὶ Κορβὰν, ὅ ἐστι δῶρον ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, καὶ οὐκέτι μὴ τιμήσει τὸν πατέρα, καὶ ἠθετήσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, διὰ τῆς τῶν πρεσβυτέρων ὑμῶν παραδόσεως, καὶ κυκλεύετε θάλασσαν καὶ ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν διπλότερον ὑμῶν υἱὸν γεέννης. Τί τοίνυν περιττότερον τῶν ἁγίων ῥήσεων ὑπερβάλοιτό τις πρὸς ἀντίθεσιν τῶν προειρημένων; Ἀλλὰ καὶ ἀρκεῖσθαι μάλα ἡγοῦμαι ταῖς τοῦ σωτῆρος φωναῖς καὶ ἀληθιναῖς λέξεσι, πρὸς ἃς οὐκ ἠδυνήθησαν ἀντωπῆσαι, οὔτε πρὸς τὸ βραχύτατον.

Cap. IV. — 1. *Rescripsi* ἑνὶ *pro* ἐν, *quod vulgo extat.*

convenire possunt, iudicium, inquam, atque fatum? Horum enim alterum necesse est, vel si ulla sit genitalis necessitas, nullum esse iudicium, quod qui committit aliquid, non id sua sponte facit, sed fatorum vi ac tyrannide compulsus, vel si iudicium est ullum, nec frustra in comminationibus obiici solet, atque et leges aliquae sunt et flagitiosis hominibus scelerum poenae constitutae, si denique iusta a deo lex tradita et illius iudicium omni ex parte veritati consentaneum est, necesse est, inquam, supervacuum esse fatum illud, nec ullo in loco consistere.

Etenim non aliam ob caussam nisi quod peccare necne sit in arbitrio cuiusque positum, hoc discrimen introductum est, ut alter admissorum scelerum poenas luat, alter pro recte factis praemium laudemque consequatur. Quod quidem brevi iustissimaque sententia complecti possumus, quae ab Isaia propheta ex persona dei verissime pronuntiata legitur: *Si volueritis, et obedieritis mihi, bona terrae comedetis. Si autem nolueritis, neque obedieritis mihi, devorabit vos gladius. Os enim domini locutum est ista.* Ex quo perspicue illud ac citra ullam dubitationem efficitur, libertatem homini a deo esse concessam, cum ita per sese dixerit: *Si volueritis et nolueritis,* adeo ut bene agere, vel malorum cupiditatem concipere, illius arbitrio sit relictum. Quamobrem saepe illud ac varie, nec una voce personandum, ac frequentissime contra impostores istos repetendum est dictum in eos salvatoris illud: *Vae vobis, Scribae et Pharisaei hypocritae, quoniam reliquistis quae graviora sunt legis, iudicium et misericordiam, et decimatis anethum et mentham et rutam, et mundatis quod deforis est calicis et paropsidis; quod intus est, plenum est immunditia, et foeditate. Et approbatis iustum esse iurare in eo quod est super altare, iurare autem in altari ipso, iurisiurandi apud vos religione solvitur. Et in coelo iurare nihil esse dicitis. Qui autem iuraverit in eo, qui supra illud est, id vero iustum censetur. Nonne altare portat id quod impositum est, et coelum thronus eius est qui in illo insidet? Et quod dicitis: Si quis dixerit patri et matri, Corban, hoc est munus quod ex me tibi proderit, et non honorabit patrem, et irritum fecistis mandatum dei per traditionem seniorum vestrorum. Et circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum, et cum factus fuerit, facitis illum duplo quam vos filium geennae.* Quid igitur ad eos homines refellendos divinis illis sententiis adiici gravius potest? Itaque satis esse arbitror salvatoris vocem ac verissimum illud oraculum, cui ne minimum quidem reluctari potuerunt.

Cap. IV. — Isai. 1, 19. — Matth. 23, 15. — Marc. 7, 11.

2. λέλυται *cod. Venet.* λέλεκται *habent reliqui libri. Petavius proposuit* τοῦ ὅρκου λέλυται.

ΚΑΤΑ ΗΜΕΡΟΒΑΠΤΙΣΤΩΝ.

Τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, ἑπτακαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α΄. *Ταύταις δὲ συνέπεταί τις αἵρεσις Ἡμεροβαπτιστῶν οὕτω καλουμένη, μηδὲν μὲν παραλλάττουσα τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἴσα τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων φρονοῦσα, οὐ μὴν ἐξισουμένη τοῖς Σαδδουκαίοις ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει μόνον, ἀλλὰ τῇ ἀπιστίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Τοῦτο δὲ περιττὸν αὕτη κεκτημένη ἡ αἵρεσις, ὡς ἐν ἔαρί τε καὶ μετοπώρῳ, χειμῶνί τε καὶ θέρει, πάντοτε καθημέραν βαπτίζεσθαι, ὅθεν καὶ* [1] *Ἡμεροβαπτιστῶν εἴληφε τὴν ἐπωνυμίαν. Ἔφασκε γὰρ αὕτη ἄλλως πως μὴ εἶναι ζῆν ἀνθρώπῳ, εἰ μή τι ἄρα καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζοιτό τις ἐν ὕδατι, ἀπολουόμενός τε καὶ ἁγνιζόμενος ἀπὸ πάσης αἰτίας.*

pag. 37.

Κεφ. β΄. *Πρὸς ταύτην δὲ καὶ αὐτὴν ἐξ ἑνὸς λόγου ἡμῖν ἀνατροπὴ γενήσεται, ὅτι ἀπιστίας παρ' αὐτοῖς μᾶλλον ἢ πίστεως οἱ λόγοι. Ἐλέγχει γὰρ αὐτοὺς ἡ συνείδησις αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτιζομένων, ὡς ὅτι ἡ ἐλπὶς τῆς χθὲς ἡμέρας παρ' αὐτοῖς τέθνηκε, καὶ ἡ πίστις τε καὶ ὁ ἁγνισμός. Εἰ μὲν γὰρ ἐν ἑνὶ βαπτίσματι ἐστοίχουν, ἄρα ἐθάρρουν τούτῳ, ὡς ζῶντι καὶ ἀθανάτῳ ὄντι εἰς τὸν αἰῶνα· ὁπότε δὲ σήμερον μὲν ἐλούσαντο, οὐχ ἕνεκεν πλύσεως σώματος, ἀλλὰ ἕνεκεν ἁμαρτημάτων, ἄρα κατ' αὐτοὺς ἐκαθαρίσθη, αὖθις δὲ τῇ ἑξῆς πάλιν λουόμενοι ἀπεφήναντο τὸ παρελθὸν ἐν τῇ χθὲς τεθνάναι βάπτισμα. Εἰ μὴ γὰρ τὸ πρὸ μιᾶς ἐτεθνήκει, οὐκ ἂν εἰς τὴν ἑξῆς ἑτέρου ἐπεδέοντο πρὸς καθαρισμὸν ἁμαρτημάτων. Καὶ εἰ ὅλως οὐκ ἀπέχονται τοῦ ἁμαρτάνειν, νομίζοντες ὅτι τὸ ὕδωρ καθαρίσει τοὺς ἐνδελεχῶς καθ' ἑκάστην ἁμαρτάνοντας, μάταιος αὐτῶν ἡ ὑπόνοια, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα φροῦδον καὶ ἕωλον. Οὔτε γὰρ Ὠκεανὸς, οὔτε πάντα τὰ ῥεῖθρα καὶ πελάγη, ποταμοί τε ἀένναοι καὶ πηγαὶ, πᾶσά τε ἡ ὀμβροτόκος φύσις συνελθοῦσα δύναται ἁμαρτήματα ἀφανίσαι, ἐπειδήπερ οὐ κατὰ λόγον, οὐδὲ ἐκ προστάγματος θεοῦ γίνεται. Μετάνοια γὰρ καθαρίζει, καὶ τὸ ἓν βάπτισμα διὰ τῆς τῶν μυστηρίων ὀνομασίας. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτην, αὐτάρκως ἡγησάμενος* [1] *τόδε ἐν ὀλίγῳ τὸ ἀλέξημα τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας ὑποδεῖξαι. Ἕως ἐνταυθοῖ τοῖς ἐντυγχάνουσι συντέτακται.*

Cap. I. — 1. *Libri vulgo* Ἡμεροβαπτιστήν. *Quod vitium iam Cornarius in versione sua Latina sustulit.*

Cap. II. — 1. *Reposui* τόδε *pro* τὸν, *quod vitium librorum est. Petavio placuit* τό.

ADVERSUS HEMEROBAPTISTAS.
Quae est haeresis IV. Iudaismi, ordine XVII.

Proxima est Hemerobaptistarum secta, quae ut ab aliis nulla Cap. I.
in re dissidet, eademque dogmata cum Scribis ac Pharisaeis amplectitur, ita cum Sadducaeis non modo in neganda mortuorum resurrectione convenit, verum etiam communem cum iis infidelitatem caeterarumque rerum pravitatem retinet. Hoc vero praecipuum habent, quod tam vere autumnoque quam aestate atque hieme quotidie lavant, unde et Hemerobaptistarum appellationem adepti sunt. Ita enim statuebant, vivere aliter hominem non posse quam si quotidie se aquis elueret, atque ab omni crimine purgaret.

Sed a nobis uno verbo funditus everti secta illa potest, cuius Cap. II.
dogmata ut a fide prorsus aliena, sic cum infidelitate coniuncta sunt. Cum enim diebus singulis abluantur, vel sua ipsi conscientia redarguuntur omnem illam quam pridie conceperant spem cum fide atque expiatione perdidisse. Nam si unum duntaxat baptismum tenerent, in eo fiduciae aliquid, utpote perpetuo atque immortali, collocare possent. Iam vero qui hodie non curandi corporis gratia, sed ad expianda scelera loti sunt, quibusque ideo repurgata, ut ipsi statuunt, omnia esse debent, iidem cum postridie rursum abluuntur, declarant profecto hesternum illum baptismum evanuisse. Nisi enim iste periisset, nihil erat cur ad criminum expiationem denuo illum postera luce repeterent. Quod si peccare omnino non desinunt, existimantque se cum perpetuo ac diebus singulis peccent expiari aqua posse, vehementer aberrant, nec est eorum instituto vanius aut absurdius quicquam. Etenim neque Oceanus ipse, neque maria omnia, neque perennes fluviorum aquae vel fontium, neque quicquid uspiam pluviarum est, si unum in locum conveniant, eluere peccata hominum possunt, quando id citra omnem rationem citraque dei praeceptum adhibetur. Purgare proinde scelera poenitentiae est, uniusque baptismi, per mysticarum rerum appellationem. Sed nos ab hac etiam secta ad aliam transibimus, cum abunde esse putemus paucis adversus illorum stoliditatem remedia comparasse. Hactenus igitur in lectorum gratiam ista disputata sint.

pag. 38.

ΚΑΤΑ ΝΑΖΑΡΑΙΩΝ.

Ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πέμπτη, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ ὀκτωκαιδεκάτη.

Κεφ. α΄. Ἑξῆς δὲ ἐπιβαλοῦμαι διηγεῖσθαι τὰ κατὰ τὴν αἵρεσιν τὴν μετα τοὺς Ἡμεροβαπτιστὰς καλουμένην τῶν Νασαραίων, οἵτινες Ἰουδαῖοί εἰσι τὸ γένος, ἀπὸ τῆς Γαλααδίτιδος καὶ Βασανίτιδος, καὶ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου ὁρμώμενοι, ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν περιέχει λόγος, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἰσραὴλ οὖσα, ἥτις τὰ πάντα ἰουδαΐζει, μηδὲν περαιτέρω φρονοῦσα σχεδὸν τῶν προειρημένων. Περιτομὴν γὰρ ὡσαύτως ἐκέκτητο, σάββατον τὸ αὐτὸ ἐφύλαττεν, ἑορταῖς ταῖς αὐταῖς προσανεῖχεν· οὐ μὴν εἱμαρμένην παρεισῆγεν, οὔτε ἀστρονομίαν. Καὶ πατέρας μὲν ἐδέχετο τοὺς ἐν τῇ Πεντατεύχῳ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, τοὺς ἐν ἀριστείᾳ θεοσεβείας διαφανεῖς ὑπάρξαντας, φημὶ δὲ Ἀδὰμ, καὶ Σὴθ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Μαθουσάλα, καὶ Νῶε, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Λευίν τε καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, αὐτὴν δὲ οὐ παρεδέχετο τὴν Πεντάτευχον, ἀλλὰ ὡμολόγει μὲν τὸν Μωϋσέα, καὶ [1] ὅτι ἐδέξατο νομοθεσίαν ἐπίστευεν, οὐ ταύτην δέ φησιν, ἀλλ' ἑτέραν. Ὅθεν τὰ μὲν πάντα φυλάττουσι τῶν Ἰουδαίων Ἰουδαῖοι ὄντες, θυσίαν δὲ οὐκ ἔθυον, οὔτε ἐμψύχων μετεῖχον, ἀλλὰ ἀθέμιτον ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ κρεῶν μεταλαμβάνειν, ἢ θυσιάζειν αὐτούς. Ἔφασκον γὰρ πεπλάσθαι ταῦτα τὰ βιβλία, καὶ μηδὲν τούτων ὑπὸ τῶν πατέρων γεγενῆσθαι. Αὕτη ἦν ἡ τῶν Νασαραίων διαφορὰ πρὸς τὰς ἄλλας. Ὡς καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ ἔλεγχος οὐκ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλὰ ἐν πολλοῖς ἐστι φανερόν.

Κεφ. β΄. Πρῶτον μὲν τὸ ὁμολογεῖν αὐτοὺς τοὺς πατέρας καὶ πατριάρχας καὶ Μωϋσέα. Ἄλλης γραφῆς γὰρ περὶ τούτων μὴ λεγούσης πόθεν αὐτοῖς ἡ γνῶσις τῆς τῶν πατέρων ὀνομασίας καὶ ἀριστείας, εἰ μὴ ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν τῆς Πεντατεύχου; καὶ πῶς οἷόν τε ἐν ταὐτῷ εἶναι ἀληθὲς καὶ ψεῦδος, καὶ ἐν μέρει τὴν γραφὴν ἀληθεύειν, ἐν μέρει δὲ ψεύδεσθαι; τοῦ σωτῆρος λέγοντος, Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον ἀγαθὸν, καὶ τοὺς καρποὺς ἀγαθοὺς, ἢ τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τοὺς καρποὺς σαπρούς· οὐ δύναται γὰρ δένδρον ἀγαθὸν καρπὸν σαπρὸν ποιῆσαι,
pag. 39. οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι. Μάταιος τοίνυν αὐτῶν ἡ διάνοια, καὶ ἡ εἰσήγησις ἐκ πολλῶν ἔχουσα τὴν ἀνατροπὴν, ὡς ἄχρι τῆς δεῦρο οὐ μόνον τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς ᾄδεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τόποι τῶν παραδοξοποιϊῶν σωματοποιοῦνται. Πρῶτον ὅπου τὸ πρόβατον ὁ Ἀβραὰμ προσέφερε τῷ θεῷ, ὄρος Σιὼν ἄχρι τοῦ δεῦρο οὕτω καλούμενον, ἀλλὰ καὶ ὅπου ἡ δρῦς [1] τῆς Μαμβρῆ, ἔνθα τοῖς ἀγγέλοις

Cap. I. — 1. ὅτι *cod. Rhedig. Ut voluit etiam Ios. Scaliger.* ὅτε *editi libri.*

Cap. II. — 1. ἡ *vel* τοῦ *pro* τῆς *suspicatus est Petavius.*

ADVERSUS NAZARAEOS.
Quae est Iudaismi haeresis V., ordine XVIII.

Nunc alia mihi post Hemerobaptistas haeresis exponenda, quae Cap. I. Nazaraeorum dicitur. Qui quidem, ut accepimus, genere Iudaei sunt, e Galaatide et Basanitide ac reliquis ultra Iordanem regionibus oriundi. Quamobrem cum haec secta Israelitica ex gente profecta sit, Iudaeorum in omnibus dogmata complectitur, nec ab iis quos antea commemoravi fere ulla in re dissidet. Nam et circumcisionem perinde atque alii retinet, et idem sabbatum observat, eademque festa celebrat, sed neque fatum neque astronomiam admittit. Ac cum veteres illos patriarchas, de quibus in Pentateucho mentio est, approbet, qui ab Adamo ad Moysen usque insigni pietate floruerunt, nimirum Adam, Seth, Enoch, Mathusalam, Noë, Abraam, Isaac, Iacob, Levi, Aaron, ac Iesum Nave filium, Pentateuchum nihilominus ipsam repudiat. Nec Moysen quidem abiicit, neque oblatam huic a deo legem esse diffitetur, sed aliam fuisse dicit quam quae vulgo circumfertur. Ex quo factum est ut Iudaeorum ceremonias reliquas observent, utpote Iudaei, a sacrificiis abhorreant, neque animata re ulla vescantur. Itaque carnes in cibum adhibere vel sacrificare nefas esse ducebant. Conficta enim haec esse volumina, neque eorum quicquam a maioribus profectum. Eiusmodi Nazaraeorum discrimen a reliquis fuit. Unde et facile non uno duntaxat in loco, sed in pluribus refutari possunt.

Ac primum quod veteres patriarchas et Moysen probant, quaero Cap. II. ab illis, cum nulla de iis alia scriptura meminit, unde et horum appellatio et egregia virtus nisi ex illis voluminibus cognita esse potuerit? Qui porro convenit veritatem in unum cum falsitate concurrere? eandemque scripturam partim vera, partim falsa iactare? cum salvator dixerit, Aut facite arborem bonam et fructus bonos, Luc. 6, 43. aut arborem malam et fructus malos. Neque enim potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Quocirca vanissimum horum hominum ingenium est, doctrinaque ipsa multis ex capitibus everti ac refutari potest. Praesertim cum in hodiernum usque tempus non modo celebrentur ea quae iis in libris gesta memorantur, sed et ipsamet loca repraesententur, ubi admiranda illa prodigia contigerunt. Imprimis mons Sion, ubi ovem deo Abrahamus immolavit, idem ad hoc tempus nomen obtinuit. Tum ubi quercus illa Mambre fuit, quo in loco vitulum angelis ap-

παρετέθη ὁ μόσχος· ὅπου δὲ Ἀβραὰμ ἀγγέλοις παρέθετο κρεῶν τὴν ἑτοιμασίαν, ἀποδέων οὐκ ἦν αὐτὸς τῆς τούτων μετοχῆς.

Κεφ. γ'. Ἀλλὰ καὶ τοῦ προβάτου τυθέντος ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ἔτι παρ' Αἰγυπτίοις τυγχάνει ᾀδομένη ἡ παράδοσις, καὶ παρὰ τοῖς εἰδωλολάτραις. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ, ὅτε τὸ πάσχα ἐγένετο ἐκεῖσε (ἀρχὴ δὲ αὕτη γίνεται τοῦ ἔαρος, ὅτε ἡ πρώτη ἰσημερία), ἐκ μίλτεως λαμβάνουσι πάντες Αἰγύπτιοι κατὰ ἀγνωσίαν, καὶ χρίουσι μὲν τὰ πρόβατα, χρίουσι δὲ καὶ τὰ δένδρα, τὰς συκᾶς, καὶ τὰ ἄλλα, φημίζοντες καὶ λέγοντες ὅτι, [1] φασὶ, τὸ πῦρ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ κατέφλεξέ ποτε τὴν οἰκουμένην· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ αἵματος τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριόν ἐστι τῆς τοσαύτης πληγῆς καὶ τοιαύτης. [2] Πόθεν δὲ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι περὶ τῆς ἀκολουθίας, ὡς ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ τῶν Καρδυέων χώρᾳ; καὶ πάντως δὲ εἰ ἐπιζητήσειέ τις καὶ ἀνερευνήσειε καὶ τὰ λείψανα τοῦ θυσιαστηρίου, ἐπείπερ ἀκόλουθόν ἐστιν, εὕροι ἂν ἐν τῇ ὑπωρίᾳ τοῦ ὄρους, ὅπου ἔμεινε Νῶε ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ καὶ προσενέγκας ἀπὸ τῶν ζώων τῶν καθαρῶν καὶ τῶν στεάτων κυρίῳ τῷ θεῷ, ὅτε ἤκουσεν, Ἰδοὺ, δέδωκά σοι πάντα ὡς λάχανα χόρτου, θῦσον καὶ φάγε. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτης πάλιν τὸ ἐπείσακτον καὶ ἠλίθιον τῆς αἱρέσεως, ἀρκεσθεὶς ταῖς προειρημέναις ὀλίγαις λέξεσιν, ἐνσπαρείσαις ὑπὸ τῆς ἡμῶν βραχύτητος, ἐνταῦθα πρὸς ἀντίθεσιν τῆς πλάνης τῆς προειρημένης αἱρέσεως.

ΚΑΤΑ ΟΣΣΗΝΩΝ.

Ἕκτη αἵρεσις ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, ἐννεακαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Μετὰ ταύτην πάλιν ἄλλη τις αἵρεσις ταύταις παραπεπλεγμένη, ἡ
pag. 40. τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένη. Ἰουδαῖοι [1] δὲ οὗτοι, ὡς καὶ αἱ προειρημέναι, ὑποκριταὶ τὸν τρόπον, δεινοὶ τὴν ἐπίνοιαν. Ὥρμηνται δὲ οὗτοι, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα περιέχει παράδοσις, ἀπὸ τῆς Ναβατικῆς χώρας καὶ Ἰτουραίας, Μωαβίτιδός τε καὶ Ἀρηϊλίτιδος, τῶν ἐπέκεινα τῆς κοιλάδος τῆς Ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας· ἔστι δὲ αὕτη Νεκρὰ καλουμένη θάλασσα. Τοῦτο δὲ τὸ γένος τῶν Ὀσσηνῶν ἑρμηνεύεται διὰ τῆς ἐκδόσεως τοῦ ὀνόματος στιβαρὸν γένος. Συνήφθη δὲ τούτοις μετέπειτα ὁ καλούμενος Ἠλξαῒ, ἐν χρόνοις Τραϊανοῦ βασιλέως, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος παρουσίαν, ὃς ἐγένετο ψευδοπροφήτης. Συνεγράψατο δὲ οὗτος βιβλίον δῆθεν κατὰ προφητείαν, ἢ ὡς κατὰ ἔνθεον σοφίαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλον τινὰ [2] Ἰεξέον ἀδελφὸν

Cap. III. — 1. φασὶ *rescripsi pro* φησὶ, *quod libri retinent.*

2. *Inepte plane haec verba interpretatus est Petavius. Cornarius accuratius quam elegantius:* „Quomodo vero non possumus ostendere de consequentia, cum

posuit. Quem cum illis epularum apparatum instrueret, verisimile est earum et ipsum participem extitisse.

Quinetiam quod ad illum agnum attinet in Aegypto a Iudaeis immolatum, eius rei memoria apud Aegyptios ipsosque deorum cultores hodieque remanet. Etenim sub idem tempus, quo illic olim pascha celebratum est, quod in veris initium atque aequinoctium incidit, Aegyptii omnes minio oves suas inficiunt, nec non et arbores, uti ficus et caetera eiusmodi. Cuius quidem ritus tametsi caussam nesciant, istud tamen prae se ferunt ac vulgo iactitant, illo die universum terrarum orbem incendio conflagrasse. Huius porro calamitatis avertendae vim quandam in cruore illo atque igneo colore esse positam. Quibus vero de caussis, negaut sibi esse compertum. Sed et hucusque in Cardyaeorum regione arcae Noëmiticae reliquias ostendunt. Ac si quis diligentius perquirat, non dubito quin altaris quoque vestigia, quod ipsum consequens est, ad montis radices invenire possit, ubi tum Noë ex arca progrediens mansit, et de puris animalibus atque adipibus domino deo sacrificium instituit. Quo etiam tempore illud a deo oraculum accepit: *Ecce dedi tibi omnia, tanquam herbarum olera, macta et comede.* Verum haeresis huius adulterina stultaque dogmata missa faciam. Siquidem pauca haec sufficiunt a nobis hucusque disputata, atque ad eum errorem propulsandum in medium allata. Cap. III. Gen. 9, 3.

CONTRA OSSENOS.
Quae est VI. haeresis Iudaismi, ordine XIX.

Cap. I. Sequitur Ossenorum haeresis cum superioribus implicita. Nam et hi perinde ut illi Iudaei sunt, et simulandi artifices, atque imprimis callidi. Ferunt istos ex Nabataea, Ituraea, Moabitide et Arcilitide originem traxisse, quae regiones ultra vallem salsuginosam positae sunt. Hoc enim nomine sacris in literis tractus ille superior appellatur, qui idem est cum Mari Mortuo. Ossenorum porro genus istud, si nomen interpretere, idem est ac firmum et solidum. Ad hos postea Elxai se quidam aggregavit, imperante Traiano, post adventum Christi domini. Qui cum falso prophetam se diceret, librum quendam velut prophetico spiritu afflatus edidit, divina scilicet sapientia plenum. Huius praeterea fratrem Iexeum nomine

adhuc hodie reliquiae arcae Noë ostendantur in Cardiensium regione?"

Cap. I. — 1. *Reposui* δὲ *pro* τε *quod vulgo legitur.*

2. *Ita cod. Rhedig. et libri editi.* Ἰεξαῖον *Ios. Scaliger. Nicetas Choniata* Ἰεζαῖον *appellat Thes. Orthod. Fidei I,* 33., *quod caput, uti extat in cod. Baluziano, quem servat Bibliotheca Imperialis apud Parisios, huc transcribere iuvat:* „Οἱ δὲ

τούτου. Γέγονε δὲ οὗτος ὁ ἄνθρωπος πεπλανημένος τὸν τρόπον, ἀπατηλὸς τὴν γνώμην, ἀπὸ Ἰουδαίων ὁρμώμενος καὶ τὰ Ἰουδαίων φρονῶν, κατὰ νόμον δὲ μὴ πολιτευόμενος, ἕτερα δὲ ἀνθ' ἑτέρων παρεισφέρων, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ αἵρεσιν [3] πλανήσας. Ἅλας, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἄρτον καὶ οὐρανὸν, καὶ αἰθέρα, καὶ ἄνεμον ὅρκον αὐτοῖς εἰς λατρείαν ὁρισάμενος παραδέδωκε, ποτὲ δὲ πάλιν ἄλλους μάρτυρας ἑπτὰ ὁρισάμενος, τὸν οὐρανὸν, φημὶ, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πνεύματα, φησὶν, καὶ ἁγίους τοὺς ἀγγέλους τῆς προσευχῆς, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸ ἅλας, καὶ τὴν γῆν. Ἀπεχθάνεται δὲ τῇ παρθενίᾳ, μισεῖ δὲ τὴν ἐγκράτειαν, ἀναγκάζει δὲ γάμον. Φαντασιώδη δέ τινα, ὡς δῆθεν ἀποκαλύψεως, παρεισφέρει. Ὑποκριτὰς δὲ [4] διδάσκει, φήσας μὴ εἶναι ἁμαρτίαν εἰ καὶ παρατύχοιεν εἴδωλα προσκυνῆσαι καιροῦ ἐνστάντος διωγμοῦ, ἐὰν μόνον ἐν τῇ συνειδήσει μὴ προσκυνήσῃ, καὶ εἴ τι δ' ἂν ὁμολογήσῃ ἐν στόματι, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μή.

Κεφ. β'. Μάρτυρα δέ τινα παρεισφέρων οὐκ αἰσχύνεται ὁ ἀπατεὼν, λέγων Φινεές τινα ἱερέα τῶν ἀπὸ γένους Λευί τε καὶ Ἀαρὼν καὶ τοῦ ἀρχαίου Φινεὲς ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας προσκυνήσαντα τὴν Ἄρτεμιν ἐν Σούσοις διαπεφευγέναι ὄλεθρον θανάτου ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως· ὥστε εἶναι αὐτοῦ τὰ πάντα ψευδῆ καὶ μάταια. Οὗτος μὲν οὖν ἄνω συνῆπται τῇ προειρημένῃ αἱρέσει τῇ τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένῃ, ἧς ἔτι λείψανα καὶ δεῦρο ὑπάρχει ἐν τῇ αὐτῇ [1] Ναβατίτιδι γῇ, τῇ καὶ Πε-
pag. 41. ραίᾳ πρὸς τῇ Μωαβίτιδι, ὅπερ γένος νυνὶ [2] Σεμψέων καλεῖται. Φαντάζονται δὲ δῆθεν καλεῖν τοῦτον Δύναμιν [3] κεκαλυμμένην, διὰ τὸ Ἰὴλ καλεῖσθαι δύναμιν, Ξαῒ δὲ κεκαλυμμένον. Ἠλέγχθη δὲ τὸ πᾶν τοῦ ἐπιτηδεύματος φρύαγμα, καὶ εἰς μεγάλην αἰσχύνην ὑπέπεσε παρὰ τοῖς δυναμένοις τὰ ἀληθῆ κατανοεῖν τε καὶ ἀκριβοῦν. Ἔτι γὰρ καὶ δεῦρο ἀπὸ τῶν ἡμερῶν [4] Κωνσταντίου τε καὶ τῶν νῦν βασιλέων σαφῶς ἐλέγχονται. Ἕως μὲν γὰρ Κωνσταντίου ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ [5] Μαρθοῦς τις καὶ Μαρθάνα δύο ἀδελφαὶ ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ ἀντὶ θεῶν προσεκυνοῦντο, ὅτι δῆθεν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ προειρημένου Ἠλξαῒ ὑπῆρχον. Τέθνηκε δὲ ἡ Μαρθοῦς πρὸ ὀλίγου τοῦ χρόνου, Μαρθάνα δὲ εἰς ἔτι δεῦρο ὑπῆρχεν, ὧν καὶ τὰ πτύσματα καὶ τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ῥύπη ἀπεφέροντο οἱ πεπλανημένοι αἱρετικοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, δῆθεν πρὸς ἀλέξησιν νοσημάτων. Οὐ μὴν ἐνήργουν, ἀλλὰ τὸ πεπλανημένον σοβα-

Ἐσσαῖοι (*sic constanter appellat Nicetas quos Epiphanius Ossenos*) κατὰ νόμον πάντα τελοῦντες, ὡς ἔφην ἄνωθεν, ἑτέραις μετα τὸν νόμον ἐχρῶντο γραφαῖς .... μώτατοι ἑρμηνευόμενοι. Συνήφθη δὲ τούτοις Ἠλξαΐ τις ψευδοπροφήτης καὶ διαφθορεὺς ..... αινετε ἐν τοῖς χρόνοις βασιλέως Ῥωμαίων Τραϊανοῦ, μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, παρθενίαν μισῶν, ἐγκράτειαν βδελυττόμενος, καὶ γαμεῖν ...... Ἠλξαΐ τούτῳ καὶ ἀδελφὸν εἶναι Ἰεξαῖον καλούμενον, καὶ ὕστερον ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φανῆναι καὶ ἀδελφὰς δύο ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ λεγομένας κατάγεσθαι, Μαρθὼ καὶ Μαρθάνην, αἷς οἱ πεπλασμένοι προσέκειντο .... Ἠλξαΐ, ὃς ἑρμηνεύεται δύναμις κεκρυμ-

commemorant. Caeterum homo ille moribus perditus atque impostor fuit. Nam cum genere ac secta Iudaeus esset, ad legis praescriptum minime vitam suam accommodavit, sed alia omnia loco eius obtrusit, ac sectatores suos in transversum abduxit. Inter alia per salem ac terram, panem, coelum, aethera, ventumque velut numina deierare iussit. Interdum VII alios testes definit. Nimirum coelum, aquam, et spiritus, sanctos orationis angelos, oleum, salem, et terram. Praeterea virginitatem odit, continentiam damnat, et ad ineundas nuptias compellit. Tum vero commenta quaedam ac somnia tanquam Apocalypses suis reliquit. Quos etiam simulatores esse docuit, cum ullum negaret esse crimen, si quis persecutionis tempore idola veneretur, dummodo minime id ex animo faciat, aut si quid ore tenus non item animo profiteatur.

Adducit et huius rei testem veterator Phineem quendam sacerdotem e Levitico genere, de Aaronis ac veteris illius Phinees stirpe, qui regnante Dario in captivitate Babylonica Susis adorata Diana periculum capitis effugit. Ita eius omnia falsa sunt ac ridicula commenta. Hic igitur olim se ad Ossenorum haeresim adiunxit. Cuius hodie in Nabathaea et Peraea Moabitis vicina regione reliquiae supersunt, et Sempseorum vulgo natio haec hominum dicitur. A quibus etiam perabsurde illud excogitatum est, ut ab occulta vi cognominatum istiusmodi nebulonem fingerent, propterea quod Iel Hebraice vim, Xai abstrusum significat. Sed huius instituti vanitas arrogantiaque convicta penitus est, et ab iis irrisa magnopere qui ad considerandam discernendamque veritatem aliquo iudicio praediti sunt. Atque ex ipsis imprimis Constantii atque insequentium imperatorum temporibus ad hanc diem efficacissimum ad illos refellendos argumentum confici potest. Nam ad usque Constantium imperatorem Marthus nescio quae ac Marthana sorores de Elxai stirpe in illorum regione numinum instar ob eam originis dignitatem habitae sunt. Harum Marthus non ita pridem excessit e vita, Marthana in hanc diem superstes est. Utriusque vero vel sputa ipsa caeterasque corporis sordes illius tractus haeretici circumferre solebant ad morborum remedia. Quae tamen irrita erant omnia. Sed est haereticorum ge- Cap. II.

μένη. "Ηλ γὰρ παρ' Ἑβραίοις .... κεκρυμμένη."

3. πλάσας *Ios. Scaliger.*

4. εἶναι *infinitivum desiderat Petavius.*

Cap. II. — 1. ναυατίτιδι γῇ, τῇ καὶ περαίᾳ *edit. princ.*

2. *Repone* Σαμψαίων. *Ios. Scaliger volebat* Σεμψαίων. — *V. infra haer.* 53, 1.

3. *Libri habent* ἀποκεκαλυμμένην, *quod correxi.*

4. *Repone* Κωνσταντίνου, *et hic et in verbis sequentibus, ex auctoritate Nicetae, cuius verba supra adscripsi.*

5. Marthus *nomen mulieris apud Epiphanium est. Cf. haer.* 53, 1. Martho *vocatur apud alios scriptores.*

ρὸν ἀεὶ καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Τυφλὸν γὰρ ἡ κακία, καὶ ἀσύνετον ἡ πλάνη. Καὶ ἕως ποῦ κατατρίβομαι τὰ περὶ τοῦ γόητος τούτου φθεγγόμενος, ὅσα τε κατὰ τῆς ἀληθείας κατεψεύσατο; πρῶτον μὲν διδάσκων ἀπαρνησιθεῖαν, καθ' ὑπόκρισιν βδελυρῶν θυσιῶν τῆς εἰδωλολατρείας μετέχειν λέγων, ἔπειτα δὲ ἀπατῶν τοὺς ἀκούοντας ἀρνεῖσθαι τὴν ἰδίαν πίστιν στόματι, καὶ μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν φάσκων, ὡς εἶναι ἀθεράπευτον τὸ αὐτῶν πάθος, καὶ μὴ δυνάμενον διορθωθῆναι.

Κεφ. γ'. Εἰ γὰρ τὸ στόμα τὸ ὁμολογοῦν τὴν ἀλήθειαν προετοιμάζεται εἰς ψεῦδος, ἆρά γέ τις αὐτοῖς ἐμπιστεύσειε τὴν καρδίαν μὴ ἔχειν ἠπατημένην; ὁπότε διαῤῥήδην ἐκφάσκων ὁ θεῖος λόγος, ἐν πνεύματι ἁγίῳ διδάσκων, ὅτι καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Ἀλλὰ καὶ πάλιν δῆθεν μὲν Χριστὸν ὀνόματι ὁμολογεῖ, λέγων ὅτι, Χριστὸς ὁ μέγας βασιλεύς. Οὐ μὴν πάνυ γε κατείληφα ἐκ τῆς αὐτοῦ δολερᾶς καὶ παραπεποιημένης συντάξεως τῆς βίβλου τῆς αὐτοῦ ληρῳδίας, εἰ περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑφηγήσατο. Οὔτε γὰρ τοῦτο ὁρίζει, Χριστὸν δὲ ἁπλῶς λέγει, ὡς ἐξ ὧν καπag. 42. τειλήφαμέν τινα ἕτερον σημαίνων ἢ προσδοκῶν. Κωλύει γὰρ εἰς ἀνατολὰς εὔξασθαι, φάσκων μὴ δεῖν προσέχειν οὕτως, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα δὲ ἔχειν τὸ πρόσωπον ἐκ πάντων τῶν μερῶν, τοὺς μὲν ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δύσιν προσέχειν τῇ Ἱερουσαλὴμ, τοὺς δὲ ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολὴν τῇ αὐτῇ, τοὺς δὲ ἀπὸ νότου καὶ μεσημβρίας εἰς ἄρκτον, τοὺς δὲ ἀπ' ἄρκτου εἰς μεσημβρίαν, ὡς πανταχόθεν τὸ πρόσωπον ἄντικρυς εἶναι τῆς Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὅρα τὴν τοῦ ἀπατεῶνος φρενοβλάβειαν. Ἀναθεματίζει μὲν γὰρ θυσίας καὶ ἱερουργίας, ὡς ἀλλοτρίας οὔσας θεοῦ καὶ μήτε ὅλως θεῷ ἐκ τῶν πατέρων καὶ τοῦ νόμου ποτὲ προσενεχθείσας, καὶ λέγει ἐκεῖ δεῖν εὔχεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ὅπου ἦν τὸ θυσιαστήριον καὶ αἱ θυσίαι, ἀρνούμενος τὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις σαρκοφαγίαν, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὸ θυσιαστήριον, τό τε πῦρ ὡσεὶ θεοῦ ἀλλότριον· τὸ δὲ ὕδωρ εἶναι δεξιὸν, πῦρ δὲ ἀλλότριον εἶναι φάσκων διὰ τούτων τῶν λέξεων· Τέκνα, πορεύεσθε μὴ πρὸς τὸ εἶδος τοῦ πυρὸς, ὅτι πλανᾶσθε· πλάνη γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον. Ὁρᾷς γὰρ, φησὶν, αὐτὸ ἐγγυτάτω, καὶ ἔστιν ἀπὸ πόῤῥωθεν· μὴ πορεύεσθε πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ, πορεύεσθε δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν φωνὴν τοῦ ὕδατος. Καὶ πολλά ἐστι τὰ αὐτοῦ μυθολογήματα.

Κεφ. δ'. Εἶτα δὲ διαγράφει Χριστόν τινα εἶναι δύναμιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα σημαίνει, εἰκοσιτεσσάρων μὲν σχοινίων τὸ μῆκος, ὡς μιλίων ἐννενηκονταὲξ, τὸ δὲ πλάτος σχοινίων ἓξ, [1] μιλίων εἰκοσιτεσσάρων, καὶ τὸ

Cap. IV. — 1. μιλίων om. cod. Venet.

nus fastuosum et obnoxium fraudi. Caeca enim nequitia omnis et prudentia destitutus error est. Verum quid attinet in huius impostoris rebus persequendis immorari diutius, aut ea narrare dogmata quae contra veritatem asseruit? Primum quod negare deum sequaces suos edocuit, cum execrandorum idololatriae sacrorum per simulationem participes esse suasit. Tum luculentius iisdem imposuit; cum ore tenus eiurari posse fidem, nec in eo crimen ullum esse dixit. Adeo ut insanabilis sit illorum morbus, nec ullum remedii genus admittat.

Cum enim os ipsum, quo confessio veritatis exprimitur, ad mendacium subornetur, quis istis credat non vehementer ipsos decipi, cum perspicue divinis in literis ex sancti spiritus afflatu praescriptum sit: *Corde ad iustitiam credi, ore vero ad salutem confessionem fieri?* Praeterea Christum licet nomine ipso fateatur, cum ita loquitur: Magnus rex est Christus, utrum id tamen de Christo Iesu domino nostro pronunciaverit, ex fraudulento illo adulterinoque libro, quem de nugis suis edidit, nondum animadvertere potui. Neque enim istud diserte significat, sed Christi nomen simpliciter appellat, quasi alterum, quantum intelligimus, indicet vel expectet. Nam et ad orientem converso vultu precari prohibet, negatque intentos in eam partem nos esse oportere, sed Hierosolymam versus undequaque prospicere. Ut qui ad orientem Hierosolymam respiciunt, in eam ad occasum faciem obvertant. Qui vero ad occidentem siti sunt, eodem ad orientem vergant, sic etiam septentriones contueantur qui ad austrum obiacent, austrum vero qui supra illam septentrionibus sunt propinquiores, quo undique Hierosolymitanam in urbem universorum ora coniecta sint. Sed circulatoris amentiam attende. Etenim sacrificia penitus condemnat, et a deo aliena esse pronunciat, simul negat illa unquam deo in lege vel patribus oblata. Et tamen Hierosolymam orantes intueri praecipit, ubi et altare quondam et sacrificia fuerunt; cum alioqui et Iudaeos improbet, qui carnibus vescerentur, nec non et altare ipsum, et ignem quasi a deo alienum. Nam aquam idem scitam ac bonam esse definit, ignem vero alienum quiddam, his verbis: Filii, nolite ad ignis speciem accedere, erratis enim, et istud ipsum error est. Nam cum illum in propinquo videas, abest tamen longius. Cavete igitur ad eius speciem accesseritis, quin potius ad aquae vocem accedite. Eiusmodi pleraeque sunt illius ineptiae.

Cap. III. Rom. 10, 9.

Deinde Christum veluti vim quandam describit, cuius et mensuras exponit, longitudinis schoenos XXIV, hoc est milliaria XCVI, latitudinis schoenos VI, milliaria XXIV; nec minus portentose de Cap. IV.

πάχος ὁμοίως τερατευόμενος, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰ ἄλλα μυθολογήματα. Εἶναι δὲ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ αὐτὸ θήλειαν, ὅμοιον τῷ Χριστῷ ἀνδριάντος δίκην ὑπὲρ νεφέλην, καὶ ἀναμέσον δύο ὀρέων ἑστώς. Καὶ τὰ ἄλλα σιωπήσω, ἵνα μὴ εἰς μυθολογίαν φαντασιάσω τὴν ἀκοὴν τῶν ἐντυγχανόντων. [2] Τισὶ δὲ λόγοις καὶ κενοφωνίαις ὕστερον ἐν τῇ βίβλῳ ἀπατᾷ λέγων, Μηδεὶς ζητήσῃ τὴν ἑρμηνείαν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐν τῇ εὐχῇ [3] τάδε λεγέτω· καὶ αὐτὰ δῆθεν ἀπὸ Ἑβραϊκῆς διαλέκτου μετενέγκας· ὡς ἀπὸ μέρους κατειλήφαμεν οὐδὲν ὄντα τὰ παρ αὐτῷ φανταζόμενα. Φάσκει [4] γὰρ λέγειν, [5] Ἄβαρ, Ἀνὶδ, Μωῒβ, Νωχιλὲ, Δασσὶμ, Ἀνὴ, Δασσὶμ, Νωχιλὲ, Μωῒβ, Ἀνὶδ, [6] Ἄβαρ, Σελάμ.
pag. 43. Ἅτινα ἑρμηνευόμενα ἔχει τὴν σαφήνειαν ταύτην· Παρελθέτω ταπείνωσις ἐκ [7] πατέρων μου, τῆς κατακρίσεως αὐτῶν, καὶ καταπατήματος αὐτῶν, καὶ πόνου αὐτῶν, καταπατήματι ἐν κατακρίσει διὰ τῶν πατέρων μου, ἀπὸ ταπεινώσεως παρελθούσης ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως, ἐπ' αὐτῷ δὲ [8] πάντα πληροῦται ταῦτα, κεκένωται γὰρ αὐτοῦ ἡ δύναμις καὶ ἡ πλάνη. Εἰ δὲ ἓν ῥῆμα πρὸς ἓν θελήσει τις κατὰ λεπτολογίαν ἀκοῦσαι ἑρμηνευόμενον, καὶ τοῦτο οὐκ [9] ἂν ὀκνήσαιμεν ποιῆσαι, ἀλλ' εἰς καθῆκον κατὰ πάντα [10] τῶν βουλομένων λεπτολόγως ἀκούειν αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα αὐτοῦ καὶ τὰς αὐτῶν ἑρμηνείας ἄντικρυς παραθησόμεθα, καὶ ἔστιν οὕτως· Ἄβαρ, παρελθέτω, Ἀνὶδ, ταπείνωσις, Μωῒβ, ἡ ἐκ πατέρων μου, [11] Νωχιλὲ, τῆς κατακρίσεως αὐτῶν, Δασσὶμ, καὶ καταπατήματος αὐτῶν, Ἀνὴ, καὶ πόνου αὐτῶν, [12] Δασσὶμ, καταπατήματι, Νωχιλὲ, ἐν κατακρίσει, Μωῒβ, διὰ τῶν πατέρων μου, Ἀνὶδ, ἀπὸ ταπεινώσεως, Ἄβαρ; παρελθούσης, Σελὰμ, ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως.

Κεφ. ε'. Αὕτη γοῦν ἡ αἵρεσις ἡ τῶν Ὀσσηνῶν ἄνω προειρημένη, ἡ πολιτευομένη μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων πολιτείαν κατὰ τὸ σαββατίζειν τε καὶ περιτέμνεσθαι καὶ τοῦ νόμου ποιεῖν τὰ πάντα, μόνον δὲ [1] ἀπαγορεύει τὰς βίβλους ὁμοίως τοῖς Νασαραίοις. Σχίσμα δὲ ἐργάζεται αὕτη διαφερομένη πρὸς τὰς ἄλλας ἓξ τῶν αἱρέσεων τούτων. Ἀρκέσει γοῦν εἰς ἀνατροπὴν ταύτης τὸ εἶναι αὐτὴν ἀλλοτρίαν θεοῦ, τοῦ κυρίου σαφῶς λέγοντος ὅτι οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ βεβηλοῦσι τὸ σάββατον. Ἡ δὲ βεβήλωσις τοῦ σαββάτου τίς αὕτη; ἀλλ' ὅτι ἔργον οὐδεὶς εἰργάζετο ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐν δὲ τῷ ἱερῷ θυσίαν οἱ ἱερεῖς ἐπιτελοῦντες ἔλυον τὸ σάββατον, βεβηλοῦντες διὰ τὴν ἐνδελεχῆ τῶν ζώων θυσίαν. Παρελεύσομαι καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν. Συνῆπται γὰρ οὗτος πάλιν ὁ Ἠλξαῒ τοῖς μετὰ τὸν Χριστὸν Ἐβιωναίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ναζωραίοις.

2. Ita cod. Venet. Vulgo τίσι.
3. ταῦτα cod. Venet.
4. γὰρ om. cod. Venet.
5. αβαρ. ανιδ. μωιβ. νωχιλε. δασιμ. ανηδαα. σιν. νωχιλε. μωιβ. ἀνιδ. ἀμερ. σελάμ. cod. Venet.
6. ἄβερ cod. Rhedig.
7. τῶν πατέρων cod. Venet.
8. πληροῦται πάντα cod. Venet.
9. ἂν non habet cod. Venet.
10. τῷ βουλομένῳ suspicatus est Petavius. At recte ille genetivus, qui pendet

Κεφ. β'. Οὗτος μὲν οὖν ἔχων τὴν διάνοιαν πεπονηρευμένην ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μαγείᾳ δαιμονιώδους πλάνης καὶ πεφαντασιωμένην, πρόχειρος ὢν ἀεὶ τῆς ἑαυτοῦ κακίας τὰ βαρβαρικὰ καὶ δαιμόνων πράγματα διὰ τῆς ἑαυτοῦ μαγγανείας ἐπιδείκνυσθαι, παρελθὼν εἰς μέσον, καὶ προσχήματι ὀνόματος Χριστοῦ ὡς ἐλλέβορον μέλιτι παραπλέκων, δηλητήριον τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀγρευθεῖσιν εἰς τὴν κακομήχανον αὐτοῦ πλάνην παρενθεὶς τῷ τοῦ ὀνόματος ἀξιώματι Χριστοῦ θάνατον ἐνεποίησε τοῖς πεισθεῖσι. Λάγνος δὲ ὢν κατὰ τὴν φύσιν, [1] καὶ αἰδοῖ τῇ τῶν ἑαυτοῦ ὑποσχέσεων ὑπονυσσόμενος, παρεφθαρμένην ὑπόνοιαν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀπατωμένοις ὁ ἀγύρτης παρενεποιήσατο. Γυναῖκα γάρ τινα ἑαυτῷ εὑράμενος ῥεμβάδα, Ἑλένην τοὔνομα, ἀπὸ τῆς Τυρίων ὁρμωμένην ἄγεται, μὴ ὑποφαίνων συνάφειαν ἔχειν πρὸς ταύτην· ἐν παραβύστῳ δὲ αἰσχρότητι συμπεριπλεκόμενος τῷ γυναίῳ ὁ γόης τινὰ μυθώδη ψυχαγωγίαν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὑφηγεῖτο, δῆθεν ἑαυτὸν εἶναι δύναμιν θεοῦ λέγων τὴν μεγάλην, τὴν δὲ σύζυγον πορνάδα πνεῦμα ἅγιον εἶναι τετόλμηκε λέγειν, καὶ διὰ ταύτην κατεληλυθέναι φησίν. Ἐν ἑκάστῳ δὲ οὐρανῷ μετεμορφούμην φησὶ, κατὰ τὴν μορφὴν τῶν ἐν ἑκάστῳ οὐρανῷ, ἵνα λάθω τὰς ἀγγελικάς μου δυνάμεις, καὶ κατέλθω ἐπὶ τὴν Ἔννοιαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη ἡ καὶ Προύνικος καὶ πνεῦμα ἅγιον καλουμένη, δι' ἧς τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα· οἱ δὲ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Εἶναι δὲ ταύτην τὴν Ἑλένην τὴν πάλαι, δι' ἣν οἱ Τρῶες καὶ Ἕλληνες εἰς μάχην ἦλθον. Ἔλεγε δὲ μῦθόν τινα εἰς ταῦτα, ὅτι ἄνωθεν ἡ δύναμις κατιοῦσα ἑαυτὴν μετεμόρφου. Ἀλληγορικῶς δὲ οἱ ποιηταὶ περὶ τούτου ἔφασαν. Διὰ γὰρ τὴν ἄνωθεν δύναμιν, ἣν Προύνικόν φασιν, ἥτις παρ' ἄλλαις αἱρέσεσι Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλὼ καλεῖται, τὸ κάλλος αὐτῆς ἐμφαίνουσαν εἰς [2] οἶστρον
pag. 57. [3] ἄξασαν αὐτοὺς, καὶ διὰ τοῦτο πεμφθεῖσαν εἰς συλαγωγίαν τῶν Ἀρχόντων τῶν τὸν κόσμον τοῦτον κτισάντων, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους εἰς πόλεμον δι' αὐτὴν ἥκειν, αὐτὴν δὲ μηδὲν πεπονθέναι, ἀλληλοκτονίας δὲ αὐτοὺς εἰς ἑαυτοὺς ἐργάσασθαι παρασκευάσαι δι' ἣν ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὴν ἐπιθυμίαν. Καὶ συνέχοντες αὐτὴν τοῦ μὴ ἄνω δύνασθαι ἀνιέναι, συνεγίνετο αὐτῇ ἕκαστος ἐν ἑκάστῳ σώματι γυναικείας καὶ θηλυκῆς σχέσεως, [4] μεταγγιζομένης αὐτῆς ἀπὸ σωμάτων θηλυκῶν εἰς σώματα διάφορα ἀνθρωπίνης φύσεώς τε καὶ κτηνῶν καὶ ἄλλων, ἵνα δι' ὧν αὐτοὶ ἐργάζονται, κτείνοντές τε καὶ κτεινόμενοι, μείωσιν ἑαυτῶν διὰ τῆς τοῦ αἵματος [5] προσχύσεως ἐργάζωνται, εἶτα ἐκείνη τὴν δύναμιν συλλεγομένη πάλιν αὖθις εἰς οὐρανὸν ἀναβῆναι δυνηθῇ.

CAP. II. — 1. καὶ *adieci ex cod. Vatic.*

2. οἶστρον. *cod. Vatic. et inde ed. Petav.* ὕστερον *cod. Rhedig. et edit. princ.*

Igitur ex illa malorum daemonum insania ac magicis artibus consceleratum animum gerens, atque illorum praestigiis delusus, cum nihil haberet promptius quam ut nequitiae suae veneficiorumque barbarum quoddam ac suis illis auctoribus daemonibus dignum specimen exhiberet, in apertum prorupit, ac sub Christiani nominis specie, tanquam veratro mel admiscens, sic illius appellationis splendori letale venenum infudit, idque iis obtulit quos fraudulenter captatos et impium hunc in errorem pertractos in exitium adduxit. Cumque in Venerem natura proclivior esset, eorum quae profitebatur dogmatum verecundia commotus nequissimas opinionum nugas discipulis suis impostor persuasit. Etenim vagam quandam mulierculam nomine Helenam nactus, patria Tyriam, sibi eam copulat, quacum palam nullam habere se consuetudinem simulans homo vafer clam omni se in libidinum genere volutabat, atque etiam ridicula de ea re fabula discipulos aspersit. Se enim summam esse dei vim, scortum vero suum spiritum esse sanctum affirmare ausus est, cuius gratia de coelo descenderat. Sed in unoquoque coelo propriam aiebat eius coeli formam indui, quo meos angelos latere possem, et ad meam illam intelligentiam descenderem, hoc est Helenam istam, quae et Prunicus et Spiritus Sanctus appellatur, per quam Angelos creavi, Angeli porro mundum atque homines condiderunt. Eandem esse confirmabat Helenam cuius caussa bellum Graecos inter ac Troianos exarsit. Ad haec fabulam adiiciebat lapsam de coelo Vim illam semetipsam dissimulasse, deque eo poetas figurate locutos esse. Haec enim ob supremam illam Vim accidisse bella, quae ab haereticis aliis Barbero, sive Barbelo dicitur; quae cum suam illi pulchritudinem ostendisset, sui ipsos amoris stimulis incitasse, adeoque ad eos depraedandos Principes, qui mundum condiderant, missam hos ipsos Angelos mutuam ad pugnam excitasse, cum interim nihil illa mali passa iniecta vehementi sui cupiditate perfecerit, ut se invicem interficerent. Eam quippe detinebant, ne sursum evolare posset; ideoque cum ea singuli in varia transformante se mulierum ac feminarum corpora congressi sunt. Ex illis porro in diversa tam hominum quam pecudum aliorumque corpora transibat, ut per mutuas illas promiscuasque caedes effuso sanguine semetipsos minuerent, ipsaque collecta vi rursum in coelum posset conscendere. Cap. II.

3. *Fortasse* ἄξαν ἀγγέλους.
4. μετεγγιζομένης *cod. Vatic.*
5. *Repone* προχύσεως.

Κεφ. γ'. Ἦν δὲ αὕτη τότε ἡ ἐπὶ τοῖς Ἕλλησί τε καὶ Τρωσὶ, καὶ ἀνωτάτω πρινὴ τὸν κόσμον γενέσθαι, καὶ μετὰ τὸν κόσμον διὰ τῶν ἀοράτων δυνάμεων τὰ ἴσα ἰσότυπα πεποιηκυῖα. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ νῦν σὺν ἐμοὶ, καὶ διὰ ταύτην κατελήλυθα, καὶ αὕτη δὲ προσεδόκα τὴν ἐμὴν παρουσίαν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ Ἔννοια, ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἑλένη καλουμένη· καὶ τούτου ἕνεκεν ἀναγκάζεται αὐτὴν διαγράφειν Ὅμηρος ἐπὶ πύργου ἑστηκέναι, καὶ διὰ λαμπάδος ὑποφαίνειν τοῖς Ἕλλησι τὴν κατὰ τῶν Φρυγῶν ἐπιβουλήν. Ἐχαρακτήριζε δὲ διὰ τῆς λαμπηδόνος, ὡς ἔφην, τὴν τοῦ ἄνωθεν φωτὸς ἔνδειξιν. Διὸ καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ δούριον ἵππον μεμηχανημένον, ὃν νομίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτηδες γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης ὅτι ἄγνοιά ἐστι τῶν ἐθνῶν, καὶ ὡς οἱ Φρύγες ἕλκοντες αὐτὸν ἀγνοίᾳ τὸν ἴδιον ὄλεθρον ἐπεσπάσαντο, οὕτω καὶ τὰ ἔθνη, τουτέστιν οἱ ἄνθρωποι, ἐκτὸς τῆς ἐμῆς γνώσεως διὰ τῆς ἀγνοίας ἕλκουσιν ἑαυτοῖς τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ καὶ Ἀθηνᾶν πάλιν τὴν αὐτὴν ἔλεγε τὴν παρ' αὐτῶν Ἔννοιαν καλουμένην, χρώμενος δῆθεν ὁ πλάνος ταῖς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου φωναῖς, μεταποιῶν τε τὴν ἀλήθειαν εἰς τὸ αὐτοῦ ψεῦδος, τὸ, Ἐνδύσασθε τὸν θώρακα τῆς πίστεως, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ κνημῖδας, καὶ μάχαιραν, καὶ θυρεόν· ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς τοῦ Φιλιστίωνος μιμολογίας ὁ ἀπατεὼν, τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένα διὰ στερεὸν λογισμὸν καὶ πίστιν ἁγνῆς ἀναστροφῆς καὶ δύναμιν θείου λόγου καὶ ἐπουρανίου, εἰς χλεύην λοιπὸν καὶ οὐδὲν ἕτερον μεταστρέφων. [1] Τί γάρ; φησὶ, Ταῦτα πάντα εἰς Ἀθηνᾶς τύπους μυστηριωδῶς ἐσχημάτιζε. Διὸ πάλιν ἔλεγεν, ὡς προεῖπον, ὑποφαίνων ἐκείνην τὴν μετ' αὐτοῦ γυναῖκα τὴν ἀπὸ Τύρου ληφθεῖσαν αὐτῷ, τὴν ὁμώνυμον τῆς παλαιᾶς Ἑλένης, τὰ πάντα ταύτην καλῶν, καὶ Ἔννοιαν, καὶ Ἀθηνᾶν, καὶ Ἑλένην, καὶ τὰ ἄλλα. Καὶ διὰ ταύτην, φησὶ, καταβέβηκα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ πρόβατον τὸ πεπλανημένον. Ἀλλὰ καὶ εἰκόνα τινὰ παραδέδωκε τοῖς αὐτοῦ, ὡς δῆθεν αὐτοῦ οὖσαν, καὶ προσκυνοῦσιν αὐτὴν ἐν εἴδει Διός. Ἄλλην δὲ ὡσαύτως Ἑλένης εἰκόνα παρέδωκεν αὐτοῖς ἐν σχήματι Ἀθηνᾶς, καὶ προσκυνοῦσι ταύτας οἱ πρὸς αὐτοῦ ἠπατημένοι.

pag. 58.

Κεφ. δ'. [1] Μυστήρια δὲ ὑπέθετο αἰσχρότητος, ῥύσεώς τε σωμάτων, ὅπως σεμνότερον ὑφηγήσομαι, ἀνδρῶν μὲν διὰ τῆς ἀποῤῥοίας, γυναικῶν δὲ διὰ τῶν κατ' ἐθισμὸν, τῶν ἐμμηνίων, συλλογῇ τινι αἰσχροτάτῃ εἰς μυστήρια συνάγεσθαι· καὶ ταῦτα εἶναι μυστήρια ζωῆς, γνώσεώς τε τῆς τελειοτάτης. Ὅπερ μάλιστα ὑπάρχει τῷ τὴν σύνεσιν ἐκ θεοῦ κεκτημένῳ βδελυρίαν μᾶλλον ἡγεῖσθαι καὶ θάνατον ἤπερ ζωήν. Ὀνόματα

CAP. III. — 1. *Vulgo* τί γάρ φησι, ταῦτα.

CAP. IV. — 1. *Epiphanii verba illustrant ea quae Nicetas Choniates Thes. Orthod. Fidei lib. IV, cap. 1. de Gnosticis refert:* „Sunt autem uxores illis communes, quodque nullam non in illis spurcitiem et impuritatem arguit, in ipso

Igitur eadem est, aiebat, illa quae tum Graecorum ac Troianorum temporibus fuit, imo et ante et post conditum mundum inter Angelos similia quaedam perpetraverat. Ea vero iam mecum est, eiusque caussa descendi, cum eum hactenus adventum expectaret. Est enim illa Notio quam Homerus Helenam vocavit. Atque ideo pro turri stantem illam sublatisque facibus Graecorum contra Troianos insidias moderantem describere coactus est. Hic enim facium fulgor coeleste lumen ab ea patefactum significat. Nam ligneum illum apud Homerum equum quem de industria fabricatum Graeci putant, impostor iste gentium ad ignorationem pertinere contendit. Ut enim Troiani, cum illum ad sua moenia per ignorantiam attraxissent, perniciem sibi consciverunt, ita gentes, hoc est homines universi, qui quidem cognitione mea carent, ex ignoratione sibi exitium arcessunt. Praeterea Minervam eandem esse dicebat quam Notionem, ut diximus, appellabat. Quam ad rem apostoli Pauli dictum illud accommodare, et ad mendacia sua veritatem trahere solebat, cum ita Paulus loquitur: *Induite loricam fidei et galeam salutis, et ocreas ac gladium et scutum.* Quae omnia in eum finem ab apostolo dicta ut solidam mentem et castissimi vitae instituti fidem et divini ac coelestis vim sermonis exprimeret, circulator iste, sic tanquam Philistionis mimos ageret, nihil aliud quam ad ludibrium convertit. Quid enim inquiebat? Omnia haec Minervae specie mystice declarabat. Quare quam abductam Tyro secum habebat feminam veteris illius Helenae cognominem eam, ut dictum est, significari volebat, et ad eam nomina omnia transferebat, Notionis, Minervae, Helenae aliaque quamplurima. Et huius, inquit, gratia descendi. Estque adeo illa de qua in evangelio scriptum est ovis errabunda. Nec iis contentus imaginem quandam, quam sui effigiem esse dicebat, discipulis tradidit, qui eum sub specie Iovis adorant. Aliam Helenae figuram cuiusmodi pingi Minerva solet iisdem discipulis obtrusit, quam peraeque fanatici illi venerantur.

Cap. III. — Eph. 6, 14. — Matth. 18, 12.

Ad haec mysteria quaedam foeditatis profluviique corporum, ut honestius dicam, instituit, quae in maribus quidem seminis exundantia, in feminis menstrua purgatione perficerentur. Et ad haec obeunda mysteria spurcissimos conventus induxit. Haec enim vitae esse mysteria perfectissimaeque cognitionis aiebat, quae qui prudentiam divinitus acceperit abominandum quiddam ac detestabile, mortemque adeo potius quam vitam esse iudicabit. Idem praeterea no-

Cap. IV.

coitu cavent, ne semen in mulieris vulvam eiaculentur, aut in terram defluat, sed manibus exceptum alias deglutiunt, alias eo conservato sanguinique mulierium menstruorum permixto pro mysteriis utuntur.“

δέ τινα ὁ αὐτὸς ὑποτίθεται Ἀρχῶν τε καὶ Ἐξουσιῶν, οὐρανούς τε διαφόρους φησὶ, καθ' ἕκαστον δὲ στερέωμα καὶ οὐρανὸν δυνάμεις τινὰς ὑφηγεῖται, καὶ ὀνόματα βαρβαρικὰ τούτοις ἐκτίθεται. Μὴ ἄλλως δὲ δύνασθαι σώζεσθαί τινα, εἰ μή τι ἂν μάθοι ταύτην τὴν μυσταγωγίαν καὶ τὰς τοιαύτας θυσίας [2] τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τῶν Ἀρχῶν τούτων καὶ Ἐξουσιῶν προσφέρειν, εἶναι τε τὸν αἰῶνα τοῦτον ἀπὸ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν φησι τῆς κακίας ἐν ἐλαττώματι κατεσκευασμένον. Φθορὰν δὲ ὑφηγεῖται σαρκὸς καὶ ἀπώλειαν μόνον, ψυχῶν δὲ κάθαρσιν, καὶ ταύτην εἰ διὰ τῆς ἑαυτοῦ πεπλανημένης [3] γνώσεως ἐν μυσταγωγίᾳ κατασταῖεν. Καὶ οὕτως ἄρχεται τῶν Γνωστικῶν καλουμένων ἡ ἀρχή. Μὴ εἶναι δὲ τὸν νόμον θεοῦ, ἀλλ' ἀριστερᾶς δυνάμεως ἔφασκε· μήτε προφήτας ἐξ ἀγαθοῦ θεοῦ ὑπάρχειν, ἀλλ' ἑτέρας καὶ ἑτέρας δυνάμεως. Καὶ ὡς βούλεται ἑκάστῳ ὁρίζεται, τὸν μὲν νόμον τινὸς, Δαβὶδ δὲ ἄλλης, Ἡσαΐαν ἑτέρας, Ἰεζεκιὴλ πάλιν ἑτέρας, καὶ ἕκαστόν τινα τῶν προφητῶν μιᾷ Ἀρχῇ ἀνατίθεται. Εἶναι δὲ τούτους
pag. 59. ἅπαντας ἐκ τῆς ἀριστερᾶς δυνάμεως καὶ ἔξω τοῦ Πληρώματος, πάντα δὲ [4] τὸν πιστεύοντα τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ θάνατον ὑπέχειν.

Κεφ. ε'. Ἀνατρέπεται δὲ τοῦτο τὸ δόγμα ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Εἰ γὰρ αὐτὸς εἴη ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ [1] πορνίδιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτός φησι, φησάτω τί τὸ ὄνομα τῆς δυνάμεως, ἢ τίνι τῷ λόγῳ τὸ ἐπίθετον τῇ μὲν γυναικὶ [2] ἐφηύρατο, ἑαυτῷ δὲ οὐ τὸ παράπαν. Πῶς δὲ [3] ἐν χρόνῳ τινὶ εὑρίσκεται κατὰ διαδοχὴν τὸ χρεὼν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἀποδοὺς, ὅτε ἐν μέσῃ τῇ τῶν Ῥωμαίων πόλει ὁ τάλας καταπεσὼν τέθνηκε; Τίνι δὲ τῷ λόγῳ ὁ Πέτρος ἀπεφήνατο [4] αὐτὸν μὴ κλῆρον μηδὲ μερίδα ἔχειν ἐν τῷ μέρει τῆς θεοσεβείας; Πῶς δὲ δύναται ὁ κόσμος θεοῦ ἀγαθοῦ μὴ ὑπάρχειν, ὁπότε ἐξ αὐτοῦ πάντες οἱ ἀγαθοὶ [5] ἐπελέγησαν; Πῶς δὲ ἀριστερὰ εἴη δύναμις ἡ ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις λαλήσασα, ἥτις περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Χριστοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ προκεκήρυχε, καὶ τὰ φαῦλα πάντα ἀπαγορεύει; Πῶς δὲ οὐκ ἂν εἴη μία θεότης, καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης, ὁπότε ὁ κύριος εἶπεν, Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι; καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ νόμος ὑπ' αὐτοῦ [6] κατηγγέλη καὶ διὰ Μωϋσέως ἐδωρήθη, ἡ δὲ εὐαγγελικὴ χάρις δι' ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας κεκήρυκται, ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοὶ, ἐκεῖνος γὰρ περὶ

2. τῷ, *quod desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ., Petavius adiecit ex cod. Vaticano.*

3. γνώσεως *cod. Vatic., et inde edit. Petav.* γλώττης *cod. Rhedig. et edit. princ.*

4. τὸν, *quod desideratur in edit. princ. et cod. Rhedig., Petavius ex cod. Vatic. addidit.*

Cap. V. — 1. πορνίδιον, *cod. Vatic., et inde edit. Pelav.* πορνάδιον *cod. Rhedig. et edit. princ.*

2. *Ita ex cod. Vatic. ed. Pelav.* ἔφη εὕρατο *cod. Rhedig.* ἔφη ἤυρατο *edit. princ.*

3. ἐν χρόνῳ *codd. Vatic. Rhedig. et ed. Pelav.* τῷ χρόνῳ *edit. princ.*

mina quaedam Principatuum ac Potestatum commentus est, coelestesque globos varios, atque in firmamento coeloque quolibet Intelligentias certas collocat, quibus barbaras appellationes affingit. Negat insuper salutem consequi ullum hominum aliter posse, quam si eiusmodi mysteria didicerit, et Universitatis Parenti ea sacrificia per illos quos diximus Principatus ac Potestates obtulerit. Nostrum hoc porro seculum ab nequitiae Principatibus et Potestatibus cum defectu conditum. Sed et carnis duntaxat unius corruptionem atque interitum, animarum vero expiationem astruit, ita tamen, si mendacissimae cognitionis suae mysteriis initiatae fuerint. Atque hinc eorum quos Gnosticos appellamus origo profluxit. Praeterea legem non a deo, sed a sinistra quadam intelligentia profectam asserit, uti neque prophetas a bono deo, sed ab alia atque alia censet Intelligentia comparatos fuisse. Adeoque pro arbitrio definit omnia, ut legem unius esse dicat, Davidem alterius, Esaiam ad hanc, Ezechielem ad illam pertinere velit, singulosque prophetas Principatibus suis attribuat. Quos omnes sinistrae Intelligentiae adscribit, atque a complemento reiicit. Denique quisquis veteri testamento fidem adhibet, incurrere mortem asseverat.

Verum eiusmodi dogma ab ipsamet veritate refellitur. Nam si Cap. V.
vis ille dei est et quidem magna, scortillum vero contubernale illud Spiritus, ut ait, sanctus est, dicat quaeso quo tandem nomine appellanda Vis illa sit, aut quid caussae sit cur cum mulierculae appellationem aliquam tribuerit, sibi ipsi nullam prorsus invenerit. Quonam vero pacto, id quod compertum est, accidere potuit ut certo definitoque tempore Romae mortem obierit, cum media in urbe decidens ex alto miser interiit? Qua item ratione Petrus hanc in illum sententiam tulit, nullam eum in divino cultu sortem ac partem obtinere? Potest vero mundus a bono deo non esse conditus, cum ab eo boni omnes electi sint? At haec cur sinistra esse vis illa dicitur, quae in lege ac per prophetas locuta sit? quae Christi boni dei adventum praedixerit? quae nefaria omnia vetuerit? An non una utrobique divinitas idemque novi simul ac veteris testamenti spiritus esse debet, cum dominus dixerit, *Non veni solvere legem, sed im-* Matth. 5, 17.
plere? Atque ut illud ostenderet, denuntiatam a se legem ac per Moysem concessam, evangelii vero gratiam per semetipsum adventumque cum carne suum hominibus promulgatam, ita Iudaeos allocutus est: *Si crederetis Moysi, mihi quoque crederetis: illle enim de* Ioann. 5, 46.

4. αὐτὸν *cod. Vatic. et ed. Petav. Reliqui libri* αὐτῷ.
5. ἐπελέγησαν *ed. Petav. ex emendat. Scholti.* ἐπελάγησαν *cod. Vatic.* ἐπελάγησαν *cod. Rhedig. et edit. princ.*
6. *Libri habent vulgo* κατηγγέλλη.

ἐμοῦ ἔγραψε. Καὶ ἄλλα πολλά ἔστι πρὸς ἀντίθεσιν τῆς τοῦ γόητος ἀντιλογίας. Πῶς δὲ ἔσται τὰ αἰσχρὰ ζωτικά, εἰ μή τι ἂν δαιμόνων εἴη τὸ φρόνημα; ὁπότε αὐτὸς ὁ κύριος λέγει ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πρὸς τοὺς λέγοντας αὐτῷ, Εἰ οὕτως ἡ αἰτία τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν· εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ ἔδειξεν ὡς τὸ φύσει ἀπέχεσθαι συζυγίας βασιλείας οὐρανῶν ἐστι δῶρον; Πάλιν δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον, ὃν αὐτὸς ὁ Σίμων παραφθείρων αἰσχρῶς μεθοδεύει τὴν ἑαυτοῦ ἐπιθυμίαν, ὅτι, Οὓς ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

Κεφ. ϛ'. Πῶς δὲ πάλιν ὁ πλάνος ἐπιλαθόμενος τῆς ἰδίας ληρῳδίας ἑαυτὸν
pag. 60. ἐλέγχει, ὥσπερ ἀγνοῶν ἃ προλέγει; Φήσας γὰρ ὅτι ὑπ' αὐτοῦ γεγόνασιν οἱ ἄγγελοι διὰ τῆς αὐτοῦ Ἐννοίας πάλιν ἔλεγε μεταμορφοῦσθαι καθ' ἕκαστον οὐρανὸν, ὅπως λάθοι τοὺς αὐτοὺς ἐν τῷ κατιέναι. Ἄρα δεδιὼς ἐλάνθανε. Καὶ πῶς δέδιεν ὁ ληρολόγος οὓς αὐτὸς ἐποίησεν ἀγγέλους; πῶς δὲ οὐ παντὶ [1] εὐθυέλεγκτος αὐτοῦ τοῖς συνετοῖς ἡ ὑποσπορὰ τῆς πλάνης εὑρεθήσεται, ὁπότε ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, φησὶν ἡ γραφὴ, καὶ συναδόντως τούτῳ τῷ λόγῳ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φησὶν, ὡς πρὸς τὸν θεὸν πατέρα τὸν ἴδιον, Πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς; Εἰ τοίνυν ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχει ὁ θεὸς ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μάτην τὰ πάντα τῷ συκοφάντῃ Σίμωνι εἴρηται, τὸ ὑπ' ἀγγέλων τὸν κόσμον ἐν ἐλαττώματι γεγενῆσθαι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα δαιμονῶν ὁ πλάνος τῷ κόσμῳ παραλαλῶν ἐξηγήσατο, καὶ ἀπάτην τισὶν ἐνεποίησε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένων.

Κεφ. ζ'. Καὶ ταῦτά μοι ἐν ἐπιτομῇ πρὸς τὴν τούτου αἵρεσιν εἰρημένα ἀρκέσει τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἰς πρόφασιν ἀληθείας τε καὶ ἰάσεως, καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν διὰ τῆς τοιαύτης θηριώδους φθορᾶς πειρωμένων ἀδικεῖν τοὺς ἀγνοοῦντας. Ὑπερβήσομαι δὲ, καὶ ἐφ' ἑτέρας πάλιν βαδιοῦμαι αἱρέσεως ἔλεγχον. Ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ μεταβολὴ καὶ ἐνδυασμὸς, πλάνου μὲν ὄντος αὐτοῦ, μορφὴν δὲ ὀνόματος Χριστοῦ ἐνδυσαμένου, ὡς ἡ τῶν ἐκτρωμάτων ἑρπετώδης ἐξ οὐρίων ᾠῶν ἀσπίδων κυϊσκομένη φθορὰ, καὶ ἄλλων ἐχιδνῶν, ὥς φησιν ὁ προφήτης, Ὠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, καὶ ὁ μέλλων τῶν ᾠῶν αὐτῶν φαγεῖν εὗρεν οὔριον, καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκον. Ἀλλὰ τῇ δυνάμει, ὡς ἔφην, τοῦ Χριστοῦ τοῦτον παίσαντες διὰ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, καὶ τὴν αὐτοῦ λύμην ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν ἀγαπητοί.

Cap. VI. — 1. Editi libri mendose εὐθυέλεγχθος.

me scripsit. Sed et alia quamplurima sunt quae adversus contrarias praestigiatoris illius rationes opponere possumus. Ac nisi illi daemonum sensus esset, quomodo foeda illa turpiaque conciliare vitam possent, cum in evangelio dominus ipse iis qui dixerant, *Si ita est* Matth. 19, 10. *caussa viri cum uxore, non expedit nubere,* his verbis respondeat: *Non omnes capiunt istud: sunt enim eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum coelorum?* Quibus verbis ostendit a consuetudine mulieris abstinere munus esse a coelesti regno derivatum. Rursus idem alio in loco ita de honestis nuptiis loquitur, quas impius Simon violans turpiter libidini suae viam ac rationem praeparat: *Quos deus* Matth. 19, 6. *coniunxit homo non separet.*

Quemadmodum vero nugarum suarum oblitus impostor, velut Cap. VI. eorum quae antea dixerat ignarus, seipsum refellit! Nam cum dixisset Angelos a se per intelligentiam suam procreatos esse, subiecit postea, ut eosdem illos latere descendendo posset, figuram in unoquoque coelo mutasse. Igitur latebat ideo quod illos metueret. Atqui quid eos quos ipse condiderat Angelos impostor ille metuebat? Nonne etiam convictu facilis prudenti cuilibet occulte proseminatus error ille fuerit, cum scriptura teste: *In principio creaverit deus* Gen. 1. *coelum et terram?* Quibus consentaneum est quod dominus in evangelio deum patrem alloquens dicit: *Pater, domine coeli ac terrae.* Luc. 10, 21. Quod si coeli terraeque conditor est deus pater domini nostri Iesu Christi, frustra omnia a sycophanta Simone iactantur, mundum scilicet ab Angelis cum defectu fabricatum, caeteraque omnia quae fanaticus veterator fraudulentis sermonibus in orbem invexit nonnullosque a se deceptos iisdem mendaciis circumvenit.

Atque haec compendiose a nobis adversus illius haeresin dis- Cap. VII. putata lectori sufficient, quibus veritas ipsa ac mali remedia monstrantur, redarguunturque ii qui immani illa corruptela ignaris hominibus fraudem facere conantur. Nunc alio transferenda et ad alteram haeresin convincendam reflectenda est oratio. Est vero in haeretico illo varium quiddam atque duplex, qui tametsi impostor fuerit, Christi sibi nomen specie tenus imposuit, quemadmodum urinis ex aspidum ac viperarum ovis obortivi serpentium fetus corruptique formantur; id quod iis verbis a propheta dictum est: *Ova* Esai. 59, 5. *aspidum fregerunt, et qui ova illa comedere vellet, inania reperit, ibidemque regulum.* Verum posteaquam Christi, uti diximus, potentia veritatis illum sermonibus impetiimus eiusque perniciem omnem restinximus, gradum ad reliquas haereses faciamus.

ΚΑΤΑ ΜΕΝΑΝΔΡΙΑΝΩΝ,

δευτέρα αἵρεσις ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ εἰκοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α'. *Ταύτῃ καθεξῆς* [1] *συνάπτεται Μένανδρός τις, ὃς ἀπὸ Σαμαρειτῶν*
pag. 61. *ὁρμώμενος ἐγένετο μαθητεύων τούτῳ τῷ Σίμωνι ἐν χρόνῳ τινί. Ὁμοίως δὲ ἔλεγε καὶ αὐτὸς τὸν κόσμον γεγονέναι ὑπ' ἀγγέλων, ἑαυτὸν δὲ ἔλεγε δύναμιν ἄνωθεν θεοῦ* [2] *καταπεπέμφθαι. Μείζονα δὲ κυβεῖαν οὗτος ὑπὲρ τὸν πρότερον ἐργασάμενος πρὸς ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων ἔλεγεν ἑαυτὸν πεπέμφθαι εἰς σωτηρίαν δῆθεν, καὶ εἰς τὸ συνάγειν τινὰς εἰς τὸ ἑαυτοῦ μυστήριον, διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων ἀγγέλων καὶ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν κατακυριευθῆναι. Ὅμοια δὲ τῷ ἑαυτοῦ διδασκάλῳ τὰ πάντα συνυφαίνων καὶ γοητείαις καὶ ταῖς ἄλλαις μαγγανείαις οὐ διέλειπεν, οὐδὲν δὲ διήλλαττε τῇ διδασκαλίᾳ, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ἑαυτὸν ἔλεγε μείζονα μᾶλλον ἢ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὄντα αὐτοῦ διδάσκαλον.*

Κεφ. β'. *Τῷ δὲ αὐτῷ ἐλαττώματι ᾧ καὶ ὁ αὐτοῦ διδάσκαλος περιέπεσε, καὶ αὐτὸς ἁλοὺς διὰ τῶν αὐτῶν τοῦ ἐλέγχου τῆς ἀληθείας λόγων ἀνατραπήσεται. Ἀνετράπη γὰρ οὗτος, καὶ ἔληξεν ἡ αὐτοῦ αἵρεσις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Ὑπερβήσομαι δὲ αὐτὴν ἐφ' ἑτέραν πάλιν προκόπτων τῇ ὑφηγήσει ἐλεύσομαι. Τῷ γὰρ ὄντι οἱ παλαιοὶ ἱστοροῦσι μῦθον, ὡς ἐκ πολλῶν ἀσπίδων συνηγμένων ἐν ἄγγει ἑνὶ ὀστρακίνῳ καὶ κατατεθεισῶν ἐν τοῖς θεμελίοις τῶν τεσσάρων γωνιῶν ἑκάστου τεμένους τῶν ἐν Αἰγύπτῳ οἰκοδομηθέντων εἰδώλων, καὶ εἴ τις τούτων* [1] *ἰσχυροτέρα ηὕρηται παρὰ τὰς ἄλλας, ἐπελθοῦσα τὰς ἑτέρας κατέφαγε, μείνασα δὲ καθ' ἑαυτὴν, καὶ τροφῆς μὴ εὐποροῦσα, στραφεῖσα αὕτη καὶ ἀπὸ τῆς κέρκου ἑαυτὴν ἐσθίειν ἀρξαμένη, ἕως μέρους τινὸς τοῦ σώματος κατέφαγε, καὶ οὕτως ἔμεινεν οὐκέτι τελεία, ἀλλ' ἥμισυ ὑπάρχουσα ἑρπετοῦ. Διὸ καὶ Ἀσπιδογοργόνα ταύτην ἐκάλεσαν, ὥςτε νοεῖν ἡμᾶς τὸ παλαιὸν μὲν εἶναι τοῦτο, νῦν δὲ μηκέτι τοῦτο εὑρισκόμενον, ἀλλ' ἠφανίσθαι· ὡς καὶ αὕτη παντελῶς ἀπελαυνομένη. Εἶχε μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν τὴν ἀντιλογίαν, αὐτὴ δὲ διὰ τῆς δυνάμεως Χριστοῦ ἠφάνισται. Καὶ ταύτην δὲ ὑπερβάντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ἀγαπητοί.*

pag. 62.

ΚΑΤΑ ΣΑΤΟΡΝΙΛΙΑΝΩΝ,

τρίτη αἵρεσις ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ εἰκοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. *Μετὰ τοῦτον Σατορνῖλός τις ἀνέστη, καὶ αὐτὸς ἐκεῖθεν τὰς ἀφορμὰς, ἀπὸ Μενάνδρου φημὶ καὶ τῶν πρώην, λαβών. Οὗτος πρὸς τῇ*

Cap. I. — 1. συνέπεται *cod. Vatic.* 2. καταπέμφθαι *cod. Rhedig. et edit. princ.*

ADVERSUS MENANDRIANOS,
quae est haeresis post adventum Christi II., ordine XXII.

Proxime quidam huic Menander adiungendus est, qui genere Samaritanus aliquanto tempore Simoni operam dedit. Atque hic perinde ut alteri mundum ab Angelis fabricatum, seipsum vero dei vim esse de coelo missam asserit. In quo quidem maiorem quam magister ille suus circumveniendis hominibus fraudem ac fallaciam commentus est. Se enim aiebat ad humani generis salutem emissum, atque ut nonnullos suum ad mysterium contraheret, ne Angelorum ac Principatuum Potestatumque, quae mundum condiderant, dominationi subessent. Caetera doctori suo consentanea iisdem praestigiis ac maleficiis adtexebat, nec ab eius dogmate dissidebat, nisi quod maiorem se antecessore ac praeceptore suo iactabat. Cap. I.

Verum in eadem cum isto incommoda delapsus est, iisdemque veritatis convictus sermonibus evertetur. Est enim ipse subversus eiusque magna ex parte haeresis extincta. Quamobrem missam illam faciemus, et ad aliam porro disputationem nostram promovebimus. Siquidem haec a veteribus historia prodita est, cum plures aliquando aspides in unum fictile vas coniectae et in fundamentis angulorum quatuor cuiusque idolorum templi in Aegypto depositae essent, ex iis aspidibus quae fortior erat in alias invasisse, easque devorasse. Quae cum sola remansisset et quo se aleret haberet nihil, in seipsam retorta et a cauda paulatim arrodens parte se aliqua tenus corporis depasta est, adeo ut non amplius integra, sed dimidia sui parte mutilata permanserit. Idcirco Aspidogorgonem illam appellarunt, ut cum eam videmus, fuisse quondam istud ipsum intelligamus, nunc vero minime superesse, ac penitus esse sublatum. Quod ad eam contra quam agimus haeresin convenit. Cui cum disputationem nostram opposuerimus, Christi tamen est virtute profligata. Quare ab illa nos, carissimi, ad refellendam aliam convertamus. Cap. II.

CONTRA SATURNILIANOS,
quae est haeresis ab adventu Christi III., ordine XXIII.

Post hunc Saturnilus nescio quis excitatus est, qui erroris illinc argumenta, hoc est a Menandro ac prioribus illis accepit. Hic Cap. I.

Cap. II. — 1. ἰσχυρωτέρα *ubique scripsit Petavius.*

Συρίᾳ κατοικήσας, τουτέστιν Ἀντιοχείᾳ τῇ πρὸς Δάφνην, πολλήν τινα τέχνην καὶ ἐμπειρίαν πλάνης τῷ κόσμῳ παρεισήνεγκε. Δύο γὰρ οὗτοι ἐγένοντο συσχολασταὶ, Βασιλείδης τε καὶ Σατορνῖλος. Καὶ ὁ μὲν Βασιλείδης πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ χωρήσας ἐκεῖσε τὰ σκοτεινὰ αὐτοῦ τοῦ βάθους τῆς πλάνης ἐκήρυξεν. Ὁ δὲ Σατορνῖλος ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ διατρίβων ὁμοίως τῷ Μενάνδρῳ τὸν κόσμον ὑπ' ἀγγέλων γεγεννῆσθαι κατήγγελλεν· ἕνα δὲ εἶναι πατέρα ἄγνωστον, τὸν αὐτόν τε πεποιηκέναι δυνάμεις καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, τοὺς δὲ ἀγγέλους διεστάναι τῆς ἄνω δυνάμεως, ἑπτὰ δέ τινας τὸν κόσμον πεποιηκέναι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· τὸν κόσμον δὲ κατὰ μεριτείαν ἑκάστῳ ἀγγέλῳ κεκληρῶσθαι, ὁμοῦ δὲ συνελθόντας τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους ἐντεθυμῆσθαι, καὶ κοινῇ τὸν ἄνθρωπον πεποιηκέναι, κατὰ τὴν μορφὴν τῆς ἄνωθεν παρακυψάσης [1] φωνητικῆς εἰκόνος. Ἣν μὴ δυνηθέντες παρακύψασαν κατασχεῖν, καὶ διὰ τὸ παραχρῆμα ἀναδραμεῖν, μιμήσασθαι ἠθέλησαν· καὶ [2] πεπλάσθαι μὲν τὸν ἄνθρωπον ὑπ' αὐτῶν, οὐδενὸς ἕνεκα ἀλλ' ἢ διὰ τοιαύτην πρόφασιν. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἄνωθεν τὸ αὐτὸ φῶς παρακύψαν ἐρεθισμόν τινα ἐνεποίησε τοῖς αὐτοῖς ἀγγέλοις, τούτους πρὸς πόθον τοῦ ἄνω ὁμοιώματος ἐπιχειρῆσαι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλάσμα ποιῆσαι· ἐπειδὴ [3] γὰρ ἠράσθησαν τοῦ ἄνω φωτὸς πόθῳ τῷ [4] πρὸς αὐτὸ, καὶ ἡδονῇ κατασχεθέντες, φανέντος καὶ ἀφαντωθέντος ἀπ' αὐτῶν, ἐρασθέντας τε αὐτοῦ καὶ μὴ δυνηθέντας ἐμπλησθῆναι τῆς αὐτοῦ ἐρασμιότητος, διὰ τὸ ὑπὸ θῆξιν ἀναπτῆναι τὸ [5] αὐτὸ φῶς, τούτου χάριν εἰρηκέναι φησὶ τοὺς ἀγγέλους [6] δραματουργῶν ὁ αὐτὸς γόης, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, παρακόψας τὸ εἰρημένον ἐν τῇ γενέσει ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὸ Καθ' ἡμετέραν· ἐάσας τὸ Ἡμετέραν, ἵνα δὴ ἔχῃ ἡ πλάνη αὐτοῦ
pag. 63. τὴν πιθανότητα, ὡς δῆθεν ἄλλων μὲν ποιούντων, εἰκόνα δὲ ἑτέρου λέγειν τῷ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Γενομένου δέ, φησὶ, τοῦ ἀνθρώπου, διὰ τὸ αὐτῶν ἀδρανὲς μὴ δύνασθαι αὐτὸν τελεσφορῆσαι, κεῖσθαι δὲ καὶ σκαρίζειν χαμαὶ κείμενον δίκην σκώληκος ἕρποντος, μὴ δύνασθαι δὲ μήτε ἀνορθοῦσθαι, μήτε τι ἕτερον πράττειν, ἕως ἡ ἄνω δύναμις παρακύψασα καὶ σπλαγχνισθεῖσα διὰ τὴν ἰδίαν αὐτῆς εἰκόνα τε καὶ ἰδέαν κατ' οἶκτον ἀπέστειλε σπινθῆρα τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ δι' αὐτοῦ ἀνώρθωσε τὸν ἄνθρωπον καὶ οὕτως ἐζωογόνησε, δῆθεν τὸν σπινθῆρα ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν φάσκων· καὶ τούτου ἕνεκα πάντως δεῖ τὸν σπινθῆρα σωθῆναι, τὸ δὲ πᾶν τοῦ ἀνθρώπου ἀπολέσθαι. [7] Ἐν τῷ ἄνω μὲν τὸ ἄνωθεν κατελθὸν ἀνακομισθῆναι

Cap. I. — 1. φωνητικῆς εἰκόνος *reposui ex auctoritate cod. Vatic. et Irenaei I, 22., qui habet* „lucidam imaginem.“ *Libri vulgo praebent* φωνῆς, *pro quo ego scribendum censueram* φανῆς. Φανὰς *enim Suidas interpretatus est* ἐκλάμψεις, *hoc est* coruscationes; *Petavius suspicabatur* καλλονῆς. *Fabricio ad Philostr. cap.* 31. *pag.* 62. *placuit* τοῦ ἄνωθεν παρακύψαντος φωτός.

2. πεπλάσθαι *ed. Pelav. ex auctoritate cod. Vatic., qui habet* πεπεπλάσθαι. *In ed. princ. et cod. Rhedig. extat* πλασθέντα.

3. γὰρ *Petavius primum adiecit de cod.*

in Syria degens, Antiochiae scilicet ad Daphnen, ingentem calliditatem ac fallendi peritiam in orbem invexit. Etenim duo illi condiscipuli fuere, Basilides ac Saturnilus. Quorum ille in Aegyptum profectus illic altissimas erroris sui tenebras vulgare instituit, Saturnilus eo quem dixi in loco habitans perinde ac Menander mundum ab Angelis factum esse praedicabat. Praeterea unum esse Patrem ignotum, qui Virtutes, Principatus et Potestates creaverit. Porro Angelos a superiori virtute descivisse, ex quibus septem mundum, et quae mundo sunt comprehensa condiderint, eiusque mundi suam quemque Angelum partem divisione sortitum. Eosdem tamen in unum convenientes aiebat cum in eorum animos incidisset, communiter hominem ad illius imaginem effinxisse vocis quae furtim e coelo prodierat. Quam obiter conspectam, et subinde recurrentem cum detinere minime potuissent, imitari voluisse; nec aliam fabricandi hominis occasionem illos habuisse. Cum enim superne lumen illud emicuisset, ea res Angelos ipsos excitavit, qui coelestis similitudinis exprimendae desiderio, hominis figmentum elaborare conati sunt. Posteaquam enim coelestis luminis amore capti sunt, quod quidem ubi apparuit ex illorum repente oculis evanuerat, ii summa illius cupiditate ac voluptate perfusi, cum illius iucunditate satiari minime possent, eo quod repente sursum evolasset, tum demum impostor ille velut in scena ita invicem locutos Angelos introducit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem.* Ubi particulam Gen. 1, 26.
Nostram quam in Genesi deus usurpat, ideo decurtavit, ut errori suo fidem adstrueret, quasi alii sint operis artifices, imaginem vero ipsam ad alium referri significent, cum ita loquuntur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem.* Caeterum edito in lucem homine Angelos ait prae imbecillitate sua perficere opus suum minime quivisse; proinde in solo iacentem ac subsultantem reptantis instar vermiculi, neque erigere se, neque aliud quicquam agere potuisse, donec Virtus illa coelestis hoc prospiciens atque ob imaginem suam atque effigiem hominis miserta vis suae scintillam immisit, qua et illum erexit et vitam impertiit. Nimirum per scintillam istam humanam animam intelligunt. Atque ideo servari, ait, omnino scintillam hanc oportet, perire vero quicquid hominis proprium est; quod tum accidit cum id quod e coelo delapsum est definito temporis intervallo sursum evolat; similiterque quod infimum est eo unde prodie-

Vatic. Omitt. ed. princ. et cod. Rhedig.

4. πρὸς αὐτὸ *cod. Vatic., et inde ed. Petav. Cod. Rhedig. et edit. princ.* τῷ (τὸ *cod. Rhedig.*) πρὸς αὐτοὺς.

5. αὐτὸ *ego, Cornarium secutus, qui vertit* eadem lux. *Libri habent* αὐτοῦ.

6. δραματουργῶν *cod. Vatic., et inde Petav.* δραματουργεῖ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

7. „Et *in homine* quidem id quod

χρόνοις τισὶ, [8] τὸ δὲ κάτωθεν καταλυθῆναι. Κύριον αὐτὸν φάσκει ὁ γόης ἐν σχήματι ἀνθρώπου ἐληλυθέναι, καὶ ἰδέᾳ μόνῃ, τὰ πάντα δὲ ἐν τῷ δοκεῖν πεποιηκέναι, τουτέστι τὸ γεγεννῆσθαι, τὸ περιπατεῖν, τὸ ὀπτάνεσθαι, τὸ πεπονθέναι.

Κεφ. β'. Ἀπὸ τούτου δὲ ψευδονύμως ἡ καλουμένη γνῶσις ἄρχεται πάλιν προστίθεσθαι τῷ βυθῷ τῆς αὐτῆς πονηρίας, ἀπὸ Σίμωνος μὲν λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πρόφασιν, προστιθεμένη δὲ περισσοτέρᾳ ἄλλῃ φλυαρίᾳ, ὡς τὸν ταύτης ἔλεγχον ὕστερον ἐροῦμεν. Φάσκει γὰρ οὗτος τοὺς ἀγγέλους λέγων καὶ τὸν θεὸν τῶν Ἰουδαίων ἕνα ἐξ αὐτῶν εἶναι, διεστάναι δὲ τὸν αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, τὸν δὲ σωτῆρα ἀπεστάλθαι ἀπὸ πατρὸς κατὰ γνώμην τῶν δυνάμεων ἐπὶ καταλύσει τοῦ θεοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πειθομένων. Εἶναι δὲ αὐτοὺς τοὺς ταύτης τῆς αἱρέσεως τοὺς ἔχοντας τὸν σπινθῆρα τοῦ ἄνωθεν πατρός. Δύο γὰρ [1] πεπλάσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους φάσκει, ἕνα ἀγαθὸν, καὶ ἕνα φαῦλον· ἐξ ὧν δύο εἶναι τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων ἐν κόσμῳ, ἀγαθόν τε καὶ πονηρόν. Ἐπειδὴ δὲ οἱ δαίμονες τοῖς πονηροῖς ἐβοήθουν, τούτου ἕνεκα ἐπ' [2] ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, [3] φησὶ, ἦλθεν ὁ σωτὴρ ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐπὶ καταλύσει τῶν πονηρῶν καὶ τῶν δαιμόνων. Τὸ γαμεῖν δὲ καὶ τὸ γεννᾶν ὁ αὐτὸς ἀγύρτης ἐκ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχειν λέγει, ὅθεν καὶ οἱ πλείους αὐτῶν ἐμψύχων ἀπέχονται, ὅπως διὰ τῆς [4] προσποιητικῆς δῆθεν πολιτείας
pag. 64. αὐτῶν τινας ἐπαγάγωνται εἰς τὴν αὐτῶν ἀπάτην. Τὰς δὲ προφητείας φάσκει ὁ αὐτὸς πάλιν γόης, τὰς μὲν ὑπὸ τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων [5] προπεφητεῦσθαι, τὰς δὲ ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Σατανᾶν ἄγγελον φάσκει ἀντιπράττοντα τοῖς κοσμοποιοῖς [6] ἀγγέλοις, μάλιστα δὲ τῷ θεῷ τῶν Ἰουδαίων.

Κεφ. γ'. Ὅταν δὲ ταῦτα φάσκῃ ὁ κτηνώδης, πάντως που καὶ αὐτὸς [1] δειχθήσεται ἕνα θεὸν ὁμολογῶν, καὶ ἐπὶ μίαν ἑνότητα μοναρχίας ἀνάγων τὸ πᾶν. Εἰ γὰρ οἱ ἄγγελοι πεποιήκασιν, ἄγγελοι δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως τὸ αἴτιον ἐσχήκασι τοῦ εἶναι, [2] ἄρα οὐκ αὐτοὶ αἴτιοι τοῦ πλάσματος τοῦ ἀνθρώπου, [3] ἀλλ' ἡ ἄνωθεν δύναμις ἡ τοὺς ἀγγέλους ποιήσασα, ἐξ ὧν καὶ ἡ [4] πλάσις τοῦ ἀνθρώπου συνέστηκε. Καὶ γὰρ οὐκ αἴτιον τὸ ἐργαλεῖον τῶν ὑπ' αὐτοῦ [5] γενομένων, ἀλλ' ὁ ἐνεργῶν

ex supernis descendit" *cett.*, *vertit Cornarius*, *ut vocem* ἄνω *pro breviatura vocis* ἀνθρώπῳ *sumpsisse videatur.*

8. „quod vero ex infernis est, interire," *convertit Cornarius. Irenaeus I*, 22.: „Hanc igitur scintillam vitae post defunctionem recurrere ad ea quae sunt eiusdem generis dicit, et reliqua ex quibus facta sunt illa resolvi. Salvatorem autem innatum demonstravit et incorporalem et sine figura, putative autem visum hominem." *Supplevi* καταλυθῆναι *vocem*, *quae in libris desideratur*, *et rescripsi* Κύριον αὐτὸν, *pro quo libri praebent* καὶ αὐτό.

Cap. II. — 1. πεπλᾶσθαι *cod. Rhedig. et edit. princ.*, *ubique fere.*

2. *Repono* ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, *uti legitur supra pag.* 47., *et haer.* 56, 2. *pag.* 619.

rat regreditur. Quod ad Christum attinet, eiusdem impostoris est dogma, cum sola illum hominis figura atque effigie venisse, omniaque ab eo specie tenus perfecta, cuiusmodi fuit, nasci, ambulare, videri, pati.

Hinc illa falso appellata Gnosticorum secta ad profundam huius sectae nequitiam plurimum adiecit, quae a Simone initium occasionemque nacta longe maiores nugas accumulavit, quemadmodum postea in eius refutatione docebimus. At Saturnilus unum ex iis quos constituit Angelis fuisse Iudaeorum deum existimat, ac tam hunc quam illum a sua virtute descivisse. Salvatorem vero de communi Virtutum sententia a Patre missum, ut et Iudaeorum deum in ordinem redigeret, et iis qui sibi crederent salutem afferret. Eiusmodi esse sectae illius homines, qui coelestis illius parentis scintillam habeant. Duos quippe homines principio esse factos, bonum unum, alterum malum, a quibus duplex item genus hominum, bonum scilicet ac malum, in mundo proseminatum est. Et quoniam daemones malis opitulabantur, ideo postremis, ut ante dixi, temporibus ad bonos homines ope sua sublevandos malosque cum daemonibus profligandos salvator advenit. Iam uxores ducere liberosque gignere ab Satana esse circulator idem pronunciat. Quamobrem plerique ex horum disciplina animatis omnibus abstinent, ut affectato illo sanctioris vitae genere nonnullos suum in errorem pelliciant. De prophetarum oraculis ita veneficus ille disputat, ea partim a mundi opificibus Angelis, partim a Satana profecta, et hunc ipsum Satanam putat Angelum esse, qui mundi conditoribus Angelis, praecipueque Iudaeorum deo, resistat. Cap. II.

Quae cum ab illa pecude hunc in modum disseruntur, vel invitus convincitur unum confiteri deum, atque ad unicum singularemque dominatum universa referre. Etenim si mundus ab Angelis factus est, cum ipsimet ante a coelesti virtute principium atque originem habuerint, non illi fingendi hominis auctores sunt, sed suprema virtus illa potius, quae Angelos condidit, a quibus homo postea formatus est. Nam nec artis instrumentum eorum caussa est, quae ab ipso fiunt, sed ille potius qui cum instrumento eam actionem Cap. III.

3. φησὶ *cod. Vatic.* ὡς προεῖπον *cod. Rhedig. et editi libri.*

4. προςποιητικῆς *cod. Vatic. Vulgo* προςποιητῆς. *Sed cod. Rhedig. manus emendatricis indicium prae se fert.*

5. προπεφητεῦσθαι *cod. Vatic. Vulgo* πεπροφητεῦσθαι, *ut est etiam in cod. Rhedig. Cf. haer.* 42, 4.

6. ἀγγέλοις *cod. Vatic., et inde ed. Petav.* ἀνθρώποις (ἀμοῖς *cod. Rhedig.*) *reliqui libri.*

Cap. III. — 1. δειχθήσεται *cod. Vatic. et edit. Petav.* σωθήσεται *cod. Rhedig. et edit. princ.*

2. *Vulgo* ἆρα.

3. ἀλλὰ *cod. Venet.*

4. *Libri habent* πλᾶσις.

5. γινομένων *cod. Venet.*

τὸ ἐνέργημα διὰ τοῦ [6] ἐργαλείου δι' οὗ τὸ ἔργον γίνεται, ὡς καὶ γέγραπται, Μὴ δοξασθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω δὲ ὁρῶμεν ὅτι οὔτε μάχαιρα αἰτία [7] φόνου, ἀλλ' ὁ τῇ μαχαίρᾳ τὸν φόνον ἐπιχειρήσας. Καὶ οὐ τὸ κηροπλαστεῖον δύναται δι' ἑαυτοῦ ποιεῖν τὰ πλασσόμενα, ἀλλ' ὁ τὸ κηροπλαστεῖον καὶ τὸ πλάσμα ἐργασάμενος. Οὐκοῦν οὔτε οἱ ἄγγελοι αἴτιοι, ἀλλ' ὁ τοὺς ἀγγέλους ποιήσας, εἰ καὶ ἣν παραγγείλας αὐτοῖς τοῦ μὴ ποιῆσαι ἄνθρωπον. [8] Ἢ γὰρ καταψηφίζεται τῆς ἄνω δυνάμεως ἄγνοιαν καὶ ἀγνωσίαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι παρὰ τὸ αὐτῆς θέλημα ἐπιτελουμένων, [9] ἢ εὐδοκίᾳ τῇ ἑαυτῆς τοὺς ἀγγέλους πεποιηκέναι πρὸς τὸ χρήσιμον τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἤθελε κατασκευάζειν, ποιήσασα τοὺς ἀγγέλους καὶ μὴ ἐντειλαμένη τοῦ μὴ ἐπιτελέσαι τὸ ἐπιχείρημα, τουτέστι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλαστεῖον, ὡς ἡ αὐτῶν μυθώδης τεχνουργία περιέχει.

Κεφ. δ'. [1] Ἢ οὐκοῦν πάλιν τὸν μυθολόγον ἐρωτητέον, Ἤιδει ἡ ἄνω δύναμις ὅτι μέλλουσι πράττειν; Ναὶ, φησίν. Ἄρα γοῦν εἰ ᾔδει, αὐτὴ πεποίηκε, καὶ οὐκ αὐτοί· εἰ δὲ ᾔδει μὲν, οὐκ ἤθελε δὲ, παρὰ δὲ τὴν αὐτῆς γνώμην ἐπεχείρησαν τὸ ἐπιχείρημα αὐτοὶ, τίνι τῷ λόγῳ οὐ κεκώλυκεν; Εἰ δὲ ἀδυνάτως ἔσχε τοῦ κωλῦσαι, πρώτη φαυλότης, ὅτι καθ' αὐτῆς τοὺς ὑπ' αὐτῆς γεγονότας ἀγγέλους εἰς ἀντίθεσιν ἑαυτῆς καὶ παρ-
pag. 65. οξυσμὸν κατεσκεύασε· δεύτερον δὲ, ὅτι δυναμένη οὐ κεκώλυκεν, ἀλλὰ συνήργησεν εἰς τὸ πονηρὸν ἔργον τὸ [2] ὑπὸ τῶν ἀγγέλων γεγενημένον. Εἰ δὲ οὐ συνήργησε, καὶ βουληθεῖσα οὐκ ἠδυνήθη κωλῦσαι, πολλή τις ἀσθένεια ἐν τῇ θελησάσῃ καὶ μὴ δυνηθείσῃ. Καὶ μᾶλλον ἰσχυρότερον εἴη τὸ ὑπ' αὐτῆς γενόμενον τῶν ἀγγέλων στίφος ἢ ἡ αὐτὴ, αἰτία οὖσα τῶν ὑπ' αὐτῆς γεγονότων ἀγγέλων. Ἐξάπαντος τοίνυν ἁλίσκεται ἡ τῆς αἱρέσεως ὑπόθεσις, ἀσυστασίᾳ μᾶλλον περιπίπτουσα, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Εἰ δὲ ἐγίνωσκε μὲν, ἀνάγκῃ δὲ ἐποίει τούτους, ὃ μὴ θέμις ἐστὶ πράττειν παρὰ τὸ αὐτῆς βούλημα, ἐλαττώσει ἑτέρᾳ περιπεσεῖται πάλιν, καὶ οὐδὲ ἓν πλήρωμα εὑρεθήσεται ἐν τῇ ἄνω δυνάμει κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον. Ἔτι δὲ προςθείημεν αὐτὸν ἐρωτῶντες, Λέγε ἡμῖν, ὦ οὗτος, ὁ διὰ θυρίδων παρακύψας, ἵν' οὕτω χλευάσω τὴν σὴν ληρῳδίαν, καὶ ἐν τῷ παρακύπτειν σκοπήσας ὡς ἐκτίσθησαν οἱ ἄγγελοι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν περὶ τὸ ἀνθρώπινον πλάσμα τεχνουργίαν, τότε [3] κατοπτεύσας καὶ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως ἐξιχνιάσας τὴν μηχανοποιΐαν, ᾔδεισαν οὗτοι τί πλάσσουσιν, ἢ ἠγνόουν; ἀγνοοῦντες δὲ, ὑπὸ τίνος ἠναγκάζοντο τὸ ἐν

6. ἐργασίου *cod. Venet.*
7. τοῦ φόνου *cod. Venet.*
8. *Libri vulgo* εἰ γάρ.
9. *Vulgo* ἡ εὐδοκία τῇ (τῆς *cod. Venet.*) ἑαυτῆς.

Cap. IV. — 1. Ἢ *hoc plane delendum censuit Petavius. Sed libri tuentur.*
2. ὑπὸ *cod. Vatic. et ed. Petav.* ἀπὸ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

exprimit per quam opus ipsum efficitur; quemadmodum scriptum est, *Num gloriabitur serra sine trahente ipsam?* etc. Atque hoc caeteris Esai. 10, 15. in rebus ita sese habere cernimus. Neque enim gladius caussa caedis est, sed is qui gladio ad perpetrandam caedem utitur. Neque cerearum imaginum typus quae finguntur per se moliri potest, sed is omnino qui et typum ipsum et expressam imaginem fecit. Quare non Angeli ipsi, sed qui Angelos produxit, hominis caussa censetur, tametsi ne hominem conderent illis interdixerit. Nam vel coelesti Virtuti inscitiam ac futurarum rerum quae praeter voluntatem suam perficiendae sunt ignorantiam adscribit, aut eam propria animi inductione putat Angelos procreasse, quod hoc ipsum ad producendum hominem utile foret quem formare cuperet, cum et Angelos condidisset, nec eos prohibuisset opus eiusmodi, nimirum hominis molitionem, aggredi, id quod fabulosum illorum artificium continet.

Quamobrem rursum de fabularum inventore quaerendum est, Cap. IV. Ecquid coelestis illa Virtus noverat quid essent Angeli facturi? Noverat, inquit. Igitur non Angeli ipsi, sed illa utique fecit. Quod si noverat quidem, sed fieri tamen nolebat, ac praeter illius sententiam attingere opus istud aggressi sunt, cur non prohibuit? Sin obstare minime potuit, primum hoc vitium est, quod contra semetipsam conditos a se Angelos, sibi ut resisterent ac se irritarent moliri voluerit: alterum, quod cum posset minime prohibuerit, imo etiam ad pessimum illud Angelorum opificium exequendum adiutricem sese praebuerit. Quod si nec illos adiuvit, et prohibere cum vellet non potuit, magnopere imbecillam eam oportet esse, quae quod voluerit efficere non potuit, eritque adeo condita illa ab ea Angelorum caterva fortior quam ipsamet quae Angelorum caussa est ac principium. Igitur haeresis ista minime cohaerere ipsa secum atque a veritate recedere omni ex parte convincitur. Iam vero si coelestem Virtutem minime illa quidem latebant, sed eos ipsos tamen, qui quod nefas esset praeter voluntatem suam erant facturi, necessario condidit, alia rursus in re deficiet, nec ullum in coelesti virtute complementum ex illius sententia residebit. Atque ut illum denuo interrogemus, Heus tu, inquam, qui per fenestras intro prospexeris, ut eo ludibrio deliria tua prosequar, ibique quemadmodum Angeli creati sint pervideris, eorumque in homine fingendo artificium cognoris ac coelestis Virtutis solertiam perscrutatus fueris, unum oro te dic nobis: Num illi quid molirentur noverant, an ignorabant potius? Si enim ignorabant, quae vis illos cogebat ut quod

3. κατοπτεύσας — ἐξιχνιάσας *rescripsi ex emendatione Petavii. Libri vulgo* κατώπτευσας — ἐξιχνίασας.

ἀγνωσίᾳ ἐπιτελεῖν; Οὐχὶ, φησὶν, οὐκ ἠγνόουν· ᾔδεισαν γὰρ ὃ ἔμελλον πράττειν. Ἡ τοίνυν ἄνωθεν δύναμις ᾔδει τούτους τοῦτο μέλλοντας ἐπιχειρεῖν, ἢ ἠγνόει; Οὐκ ἠγνόει. Ἐποίησεν οὖν αὐτοὺς, ἵνα τοῦτο πράξωσιν, ἢ μή; Οὐχὶ, φησίν. Ἐποίησε γὰρ αὐτοὺς μόνον· οὗτοι δὲ παρὰ τὴν ἄνω δύναμιν ἐπεχείρησαν πρὸς τὸ ποιῆσαι πλάσμα. Οὐκοῦν οὗτοι μὲν ᾔδεισαν, ἐκείνη δὲ ἡ ἄνωθεν δύναμις ἠγνόει κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀβέλτερε. Καὶ ἔσται μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων [4] κατασκευῆς σύστασις, καὶ οἱ αἴτιοι ταύτης ἄγγελοι ἐν γνώσει, ἡ δὲ τοὺς ἀγγέλους ποιήσασα δύναμις ἐν ἀγνωσίᾳ. Ληρῶδες δ' ἂν εἴη τοῦτο καὶ ἠλίθιον, ὅτι μᾶλλον ἐντελέστερον τὸ ἔργον τοῦ τεχνίτου, καὶ ὁ τεχνίτης ἀδρανέστερος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἀγγέλων, αἰτίων ὄντων τῆς ἀνθρωπείας συστάσεως· ὥςτε οὖν ἐξάπαντος [5] ἀνάγκη ὁμολογήσειας ἂν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ποιητὴν τὸν ἕνα, καὶ ἐπὶ τὴν μίαν μοναρχίαν τὸ πᾶν ἄγειν.

Κεφ. ε'. Καὶ γὰρ ὁ θεὸς ὁ πατὴρ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον καὶ πάντα κατὰ
pag. 66. τὴν ἰδίαν εὐδοκίαν, καὶ οὐχ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων συμβουλίαν [1] τι γέγονε. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν θεὸν, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν εἶπε, καὶ οὐ Κατ' εἰκόνα [2] μόνον. Συνεκάλει γὰρ εἰς τὴν ἑαυτοῦ δημιουργίαν τὸν [3] αὐτοῦ λόγον καὶ μονογενῆ, ὡς ἔχει καὶ ἡ ἐξ ἀληθείας ὁρμωμένη πιστῶν ἔννοια, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ἀληθείας ἀκρίβασμα, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσι σαφῶς περὶ τούτου καὶ διὰ μήκους ἐποιησάμεθα τὴν ὁμολογίαν, ὡς ὁ πατὴρ συγκαλεῖται τὸν υἱὸν συνδημιουργεῖν τὸν ἄνθρωπον, δι' οὗ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐποίησεν. Οὐ μόνον δὲ συγκαλεῖν εἴποιμι τὸν υἱὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Εἴτε δὲ βουληθείη, εἴτε καὶ μὴ βουληθείη, φημὶ δὲ ὁ Σατορνῖλος ὁ τῆς αἱρέσεως ταύτης ἀρχηγὸς, ἀναγκασθήσεται ἐξάπαντος τὸν ἕνα θεὸν ὁμολογεῖν, θεὸν καὶ κύριον τοῦ σύμπαντος ὄντα κτίστην τε καὶ δημιουργὸν, ἅμα τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου. Αἰσχυνθήσεται δὲ κατὰ πάντα τρόπον ὡς συκοφάντης, καὶ εἰς τὸν περὶ προφητῶν λόγον, καὶ εἰς τὴν κατὰ τοῦ σεμνοῦ γάμου φαύλην κατηγορίαν. Αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διαρρήδην ἐκφωνεῖ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ λέγει συνῳδὰ τῷ προφήτῃ, Ὅτι ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ, πάρειμι· καὶ πάλιν ὅτι, Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. Ἵνα δὲ δείξῃ τί ἐργάζεται αὐτοῦ ὁ πατὴρ καὶ αὐτὸς, ἀπεφήνατο λέγων τοῖς ἐρωτήσασιν αὐτὸν εἰ χρὴ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν· Πῶς γέγραπται; ὅτι ἐποίη-

4. κατασκευῆς *rescripsi ego. Vulgo* κατασκευή. *Petavio vox* σύστασις *inducenda videbatur, et retinenda solum* κατασκευή.

5. *Vulgo* ἀνάγκη.

Cap. V. — 1. τι γέγονε, *quod desideratur in edit. princ. et cod. Rhedig., Petavius reposuit ex cod. Vaticano.*

ignotum sibi esset efficerent? Minime, inquit, ignorabant, imo quid acturi essent intellexerant. Aut igitur ad illud facinus aggressuros istos coelestis Virtus sciebat, aut nondum sciebat. Scivisse respondet. Quaero itaque num illos eo consilio nec ne ut hoc facerent produxerit. Negat eo consilio productos. Nihil enim nisi ipsos condidit. At hi inconsulta coelesti Virtute se ad opificium istud accinxerunt. Ergo quod Angeli cognoscebant, coelestis Virtus illa nesciebat? O mortalium longe omnium stolidissime! Et hominis structura consistet, auctoresque illius Angeli eius rei notitiam habebunt, atque interim virtus illa quae Angelos produxit in ignoratione versabitur? Sane perquam hoc stultum est ac ridiculum; cum et opus artifice suo perfectius, et Angelorum auctorem Angelis ipsis qui hominem conflarunt imbecilliorem constituat. Quamobrem hoc unum necessario superest, ut te ad unum omnia eundemque conditorem atque ad singularem principatum referre fateare.

Etenim deus pater hominem cum caeteris omnibus suopte nutu Cap. V.
ac voluntate procreavit, non Angeli, neque ex Angelorum consilio. Nam cum deus ita locutus est: *Faciamus hominem, Ad imaginem nostram,* dixit, non *Ad imaginem* duntaxat. Quippe ad huius opificii communionem verbum suum eundemque filium unicum adhibebat, estque communis iste fidelium omnium sensus a veritate profectus, quacum accuratissime convenit; id quod aliis compluribus locis manifeste ac prolixe sumus professi: nimirum filium a patre ad communiter procreandum hominem vocari, per quem filium reliqua omnia produxerit. Sed neque filium duntaxat advocari dixerim, imo
vero sanctum etiam spiritum: *Verbo enim domini coeli firmati sunt,* Psalm. 33, 6.
et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Caeterum sive sponte, sive nolens hoc Saturnilus haeresis auctor admittere cogetur, unum omnino deum ac dominum esse conditorem universorum et artificem, adeoque vel hominis ipsius. Pudebit insuper illum velut calumniatorem eorum quae adversus prophetas, nec non ad honestas nuptias nequissime damnandas effutiit. Quippe dominus noster Iesus Christus in evangelio perspicue prophetae consentanea dicit ac pronunciat,
Quoniam qui per prophetas loquebar ecce adsum: ac rursum, *Pater* Esai 52, 6.
meus usque modo operatur, et ego operor. Ut autem quid ageret tam Ioann. 5, 17.
pater eius quam ipse declararet, hoc ipsum explicavit iis a quibus interrogatus fuerat oporteretne uxorem quacumque ex caussa dimit-
tere: *Quomodo scriptum est? Quoniam deus hominem fecit, mascu-* Matth. 19, 4.

2. μόνον *desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ. Petavius primum adiecit ex cod. Vaticano.*

3. αὐτοῦ *cod. Rhedig. Libri vulgo* αὐτόν.

σεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα ὅτι, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προςκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ εὐθὺς προςέθηκε λέγων, Οὓς ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· ὡς ἐξάπαντος τὸν σωτῆρα διδάσκειν τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων θεὸν εἶναι τῶν πάντων, αὐτοῦ δὲ πατέρα. Καὶ ὅτι ὁ γάμος οὐκ ἐκ τοῦ Σατανᾶ, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ τυγχάνει, πρῶτον μὲν ὁ κύριος λέγει· Οὓς ὁ θεὸς, φησὶ, συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Καὶ πάλιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη
pag. 67. ἀμίαντος. Ταῖς δὲ φύσει χηρευσάσαις ὡσαύτως παραγγέλλει, λέγων διὰ Τιμοθέου, Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι [4]τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσι. Καὶ μεθ' ἕτερα, Γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν· [5]ὑπὲρ τοῦ γάμου τὸν νόμον τιθέμενος ἐκ θεοῦ ὄντα, καὶ κατὰ σεμνότητα ἀνθρώποις κεχαρισμένον.

Κεφ. ϛ'. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς θεοῦ προφητείας ὑπ' αὐτοῦ σεσυκοφαντημένων ὑπονοιῶν, ὡς μὴ εἶναι [1]αὐτὰς ἐκ θεοῦ, μυρία ἔστιν εἰπεῖν. Ὡς αὐτὸς λέγει ὁ μονογενὴς, ἐξ ὧν [2]τὸν κόσμον ἑαυτοῦ εὐαγγελιζόμενος λέγει, πρῶτον μὲν ὅτι, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ [3]εἶδε, καὶ ἐχάρη. Καὶ πάλιν φησὶν, Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. Τίς δὲ τῶν εὐφρονούντων καὶ σύνεσιν ἐκ θεοῦ κεκτημένων οὐκ ἐλέγξειε τὸν ἀπατεῶνα Σατορνῖλον, γινώσκων ἐν δόξῃ ἀποκαλυφθέντα τὸν σωτῆρα εἰς παράστασιν ἀληθείας, ἄλλως τὴν ἑαυτοῦ δόξαν μὴ ὑποδείξαντα, ἀλλ' [4]ἢ ἀναμέσον Ἠλία καὶ Μωϋσέως τῶν καὶ αὐτῶν ἐν δόξῃ ἰδίᾳ μετ' αὐτοῦ ὀφθέντων. Ἄλλα δὲ ὅσα τοιαῦτά ἐστιν ἃ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν πάσῃ τῇ καινῇ διαθήκῃ, λεγόμενα τὴν σύστασιν ποιεῖται νόμου τε καὶ προφητῶν καὶ πάσης παλαιᾶς διαθήκης πρὸς τὴν καινὴν διαθήκην, ὅτι ἑνὸς θεοῦ εἰσιν ἀμφότεραι, ὡς λέγει, Ἐλεύσονται ἐν κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἀναπαύσονται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν δὲ τὸ ἐκ προςώπου Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ προφητευόμενον, τὸ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Καὶ πάλιν παρ' αὐτοῦ λεγόμενον τοῖς Φαρισαίοις, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες; Καὶ ὡς ὁ Λουκᾶς διαβεβαιοῦται αὐτὸν τὸν σωτῆρα μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν ὦφθαι κατὰ τὴν ὁδὸν τοῖς περὶ τὸν Ναθαναὴλ καὶ τὸν Κλεόπαν, καὶ τούτους νενουθετηκέναι ἀπὸ [5]τῶν προφητῶν, ὅτι οὕτως ἔδει τὸν Χριστὸν παθεῖν, καὶ

4. τοῦ *recepit Petav. ex Vaticano. Desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ.*

5. ὑπὲρ τοῦ γάμου τὸν νόμον *cod. Vatic.* ἀνυπέρβατον νόμον *cod. Rhedig. et edit. princ.* ἀνυπέρβατον ὑπὲρ τοῦ γάμου νόμον *edit. Petav.*

Cap. VI. — 1. αὐτὰς *cod. Vatic.* αὐτοὺς *cod. Rhedig. et edit. uterque.*

pag. 101. Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐπὶ κορυφὴν αὐτῶν καταβήσεται. Ὡς οὖν περιτυχόντες καὶ ἀποδράντες, καὶ ἀναγνόντες καὶ γνόντες καὶ καταγνόντες, σωθέντες δὲ ὑπερβεβήκαμεν, οὕτω καί σε τὸν ἀναγινώσκοντα παρακαλοῦμεν ἀναγνόντα καὶ καταγνόντα [2] τοῦτο ὑπερβῆναι, εἰς τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐν τῷ ἰῷ τῆς τῶν ἑρπετῶν τούτων μοχθηρίας. Ἀλλ' εἰ καί ποτε περιτύχοις τισὶ τῶν ἀπὸ τῆς ὀφιώδους ταύτης σχολῆς, εὐθὺς τὸ ξύλον ἀναλαβὼν τὸ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῖν ἑτοιμασθὲν, ἐν ᾧ ὁ κύριος ἡμῶν προςεπάγη Χριστὸς, κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ ὄφεως εὐθὺς λαβὼν εἴποις ὅτι, Χριστὸς ἐσταύρωται ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπογραμμὸν ἡμῖν ὑπολιμπάνων σωτηρίας, ὅτι οὐκ ἂν ἐσταυροῦτο, εἰ μὴ σάρκα εἶχε· σάρκα δὲ ἔχων, καὶ σταυρωθεὶς, ἐσταύρωσεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας. Πίστει ἔχομαι τῆς ἀληθείας, καὶ οὐχ ὑπάγομαι [3] πλανητῇ νωθείᾳ τοῦ ὄφεως, καὶ παραψιθυρισμῷ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας.

Κεφ. ιϛ'. Λοιπὸν ταύτην παρελθὼν, ἀγαπητοὶ, ἐφεξῆς βαδιοῦμαι ἐπὶ τὰς

5. ἀπελαθῆναι *ed. princ. mendose.*

Cap. XVIII. — 1. *Solve* ταῦτα ἐξ ὧν ἠδυνήθημεν λέγειν οὐ πράξαντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ *cett.*

2. τοῦτο *ego rescripsi. Libri habent* τοῦ. *Petavio placuit* τούτων.

probitate nos eripuit; adeo ut postquam istorum libros perlegimus, et ad veritatis cognitionem animum adiecimus, nec abducti, vel eorum illecebris capti sumus, sed effugimus tandem, mox ad episcopos, qui in illo loco erant, deferre studuerimus, et eorum hactenus ignota nomina in ecclesia detegere. Ex quo factum est ut LXXX fere capita exulare iussa ab lolio spinisque suis repurgatam urbem reliquerint.

Quamobrem si quis quod initio polliciti sumus memoria repetat, Cap. XVIII.
fortasse institutum nostrum approbabit, quod ita praefati sumus, quae ad illas sectas attinent nos partim usu ac consuetudine didicisse, partim ex monumentis accepisse, partim fide dignorum hominum, qui rei veritatem indicare possent, narratione ac testimonio fuisse perdoctos. Itaque pro eo quod prae nobis ferimus veritatis studio praetermittere hunc locum noluimus, sed ostendimus unam illam ex iis haeresibus esse quarum usum habuimus, de qua certi exploratique aliquid afferre possemus; non ex eo quod gesserimus ipsi — avertat hoc a nobis deus, — sed ex eo quod ab iis accurate didicimus, qui illam nobis persuadere frustra voluerunt, et conceptam de nostro exitio spem penitus abiecerunt, cum insidiae omnes ac fraudes, quas ad infelicis animae nostrae perniciem tam ipsi quam qui in illis inest diabolus machinati fuerant, irritae atque inanes extitissent, ut hoc a Davide dictum accommodatissime usurpare possimus: *Sagittae par-* Ps. 63, 8.
vulorum factae sunt plagae eorum etc. Tum illud: *Convertetur labor* Ps. 7, 17.
eorum in caput ipsorum, et iniquitas eorum in verticem ipsorum descendet. Igitur quemadmodum sic nos in illorum errorem incurrimus, ut illius noxam effugeremus, eumque simulatque legimus ac cognovimus damnantes salvi atque incolumes praetergressi sumus, ita te quisquis es qui ista legis hortamur ut lecta pariter ac damnata transilias, ne in serpentum eiusmodi velut improbitatis quoddam virus incidas. Ac si quando forsitan ex hac serpentum schola quempiam offenderis, subito lignum illud quod nobis a domino comparatum est, et in quo Christus affixus est, contra serpentis caput arripiens, ita loquere: Christus nostra est in cruce caussa suspensus, et formam nostrae salutis expressam ac delineatam reliquit. Quod nisi carnem habuisset, nunquam esset suffixus. Eo vero quod carne praeditus et affixus est cruci, nostra simul peccata defixit. Equidem veritati per fidem inhaereo, nec tardissimi serpentis errore vel eius doctrinae sibilis abduci me patior.

Sed nunc haeresi illa praetermissa deinceps, carissimi, ad prae- Cap. XIX.

3. *Correxi* πλανητῇ. *Libri habent vulgo* πλάνῃ τῇ. — *Petavio rescribendum videbatur* νοθείᾳ *pro* νωθείᾳ.

ἄλλας τραχείας τρίβους, οὐχ ἵνα βαδίσω, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ μήκοθεν ὑποδείξω τοῖς βουλομένοις τὰ τραχύτερα μὲν ἐπιγινώσκειν, φεύγειν δὲ διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ καταλιμπάνειν τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον καὶ ἀκανθώδη καὶ προσκομμάτων ἔμπλεων ὁδὸν βορβορώδη, καὶ ἀσελγείας καὶ πορνείας ἐμπεπλησμένην, ἧς πορνείας καὶ ἀσελγείας τὸ ὅμοιον ἔστιν ἰδεῖν ἐν τῷ ἑρπετῷ τῷ δεινοτάτῳ ᾧ ἐπέθεντο τὸ ὄνομα ἀπειρώδινον ἔχιδναν οἱ παλαιοί. Ἔστι γὰρ τῆς τοιαύτης ἐχίδνης ἡ φύσις ὁμοία τῆς τούτων μοχθηρίας. Διὰ γὰρ τῆς ἀνδρείας φύσεως ἢ γυναικείας τὴν αἰσχρότητα ἐπιτελοῦντες ταύτην ἀπαγορεύουσι τὴν τῶν σπερμάτων καταβολὴν, ἀφανίζοντες τὴν ἐκ θεοῦ τοῖς κτίσμασι γενομένην τεκνογονίαν, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολός φησι, Τὴν γὰρ ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω γάρ φασι τὴν Ἀπειρώδινον ἔχιδναν θελχθεῖσαν τῷ πάθει τῆς ἐπιθυμίας τήν τε θήλειαν πρὸς τὸν ἄρρενα καὶ τὸν ἄρρενα πρὸς τὴν θήλειαν περιπλακείσας μὲν ὁμοῦ διὰ τοῦ στόματος χαινούσης τῆς θηλείας τὸν ἄρρενα τὴν κεφα-
pag. 102. λὴν εἰςβάλλειν, ἐκείνης δὲ πάθει συσχεθείσης ἀποτέμνειν τὴν τούτου κεφαλὴν, καὶ οὕτως τὸν ἀπὸ τοῦ στόματος σταλάξαντα ἰὸν καταπιοῦσαν ἐν ἑαυτῇ ἐγκυμονεῖν μὲν τοιοῦτο ζεῦγος ἀρρενόθηλυ, ὅπερ ζεῦγος [1] ἁδρυνθὲν ἐν τῇ κοιλίᾳ, καὶ μὴ ἔχον πόθεν γεννηθῆναι, τὴν πλευρὰν τῆς μητρὸς τιτρώσκειν, καὶ οὕτως γεννᾶσθαι, ὥστε ἀπολέσθαι τόν τε τούτων πατέρα καὶ τὴν μητέρα. Διόπερ Ἀπειρώδινον αὐτῇ ἐπέθεντο ὄνομα, ὅτι ὠδίνων οὐ πειρᾶται. Δεινὴ δὲ καὶ φοβερὰ παρὰ πάντα τὰ ἑρπετὰ τυγχάνει, ἐν ἑαυτῇ τὸν [2] ἀφανισμὸν ἐξεργαζομένη, καὶ διὰ στόματος τὴν αἰσχρότητα ἀπολαμβάνουσα. Ἧι ἔοικεν αὕτη ἡ [3] φρενοβλαβὴς αἵρεσις, ἧς τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γεγεννημένα ἐνταῦθα συντρίψαντες τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς τὰς ἑτέρας διασκοπεῖν [4] προέλθωμεν, θεὸν [5] ἀρωγὸν ἐπικαλούμενοι, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος εἰς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

ΚΑΤΑ ΚΑΡΠΟΚΡΑΣΙΩΝ,
ἑβδόμη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α'. Καρποκρᾶς τις ἕτερος γίνεται, συστήσας ἑαυτῷ ἀθέμιτον διδασκαλίαν τῆς ψευδωνύμου αὐτοῦ γνώμης, χειρόνας πάντων οὗτος τοὺς τρόπους κεκτημένος. Ἐκ πάντων γὰρ τούτων Σίμωνός τε καὶ Μενάνδρου, Σατορνίλου τε καὶ Βασιλείδου καὶ Νικολάου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Καρποκρᾶ, ἔτι δὲ ἐκ προφάσεως Οὐαλεντίνου, ἡ τῆς ψευδωνύμου

Cap. XIX. — 1. *Libri habent* ἀνδρυνθὲν, *tam scripti quam editi. Cf. haer.* 30, 7. 28, 1. 58, 4.
2. ἀφισμὸν *cod. Rhedig. et cod. Paris. Petavius suspicabatur* ἀφρισμὸν *vel* ἀφροδισιασμόν.
3. *Vulgo* φρονοβλαβής.
4. προέλθωμεν *cod. Rhedig.* προσε-

ruptas alias vias ac salebrosas me conferam, non ut iter per illas faciam, sed ut eminus iis commonstrem qui asperitates illas cognoscere, et ad arctam illam angustamque viam, quae ad aeternam vitam perducit, confugere voluerint, latam vero ac spatiosam aliam relinquere, quae spinis intercepta et offendiculis impedita, coeno obsita et libidinibus ac flagitiis omnibus est referta. Cuius quidem impudicitiae ac libidinis similitudinem refert genus illud serpentis atrocissimum cui *partus expertis viperae* nomen vetustas indidit. Huius enim natura illorum nequitiae quam simillima est; qui cum masculis aut feminis turpitudinem patrantes semen infundere prohibent, insitamque creatis rebus a deo propagandorum vim fetuum extingunt. Unde et apostolus ita scripsit: *Mercedem quam oportuit erroris sui* Rom. 1, 27. *in seipsis recipientes* etc. Sic enim ferunt: partus expertem illam viperam titillante libidinis voluptate marem simul ac feminam inter se commisceri, ac per os congredi; hiante siquidem femina marem caput inserere. Illam prae libidinis suavitate caput huius abscindere, exhaustoque quod ex ore destillat veneno fetum maris ac feminae par in utero gerere. Id ubi creverit, cum nullum quo in lucem erumpat exitum reperit, maternum latus pertundere, itaque cum utriusque parentis interitu nasci. Inde *partus expertem* cognominari. Est vero prae caeteris dira serpentibus ac formidabilis, quae intra sese marem enecat, atque ore ipso foeditatem excipit. Huic porro gemina insana illa haeresis est, cuius nos capite ac corpore, eiusque fetu omni vitae baculo contritis ad alias transeamus, implorata numinis ope, cui honor et imperium in saecula saeculorum, Amen.

CONTRA CARPOCRASIOS,
quae est haeresis VII., vel XXVII.

Secundum hos alius quidam Carpocras extitit, qui ex mendaci Cap. I. ingenio suo propriam quandam ac nefariam sectam excogitavit, et omnibus morum fuit pravitate deterior. Haec enim haeresis ex omnium erroribus effloruit, Simonis, inquam, et Menandri, Saturnili ac Basilidae et Nicolai, adeoque Carpocratis ipsius, tum Valentini, a quo propagata illa perperam dicta cognitio, quae Gnostico-

ζῶμεν *ed. princ., unde Petavius in sua edit. effinxit* προςζῶμεν.

5. ἀῤῥωγὸν *cod. Rhedig. et edit. princ., pro more.*

Γνώσεως ἐφύη αἵρεσις, ἥτις Γνωστικοὺς τοὺς αὐτῆς ὀνόμασεν, ἀφ' ἧς οἱ Γνωστικοὶ ἤδη μοι δεδήλωνται, καταγνωστικοὶ ὄντες τὸν τρόπον.

Κεφ. β'. *Οὗτος δὲ πάλιν ἄνω μὲν μίαν Ἀρχὴν λέγει καὶ Πατέρα τῶν ὅλων, καὶ ἄγνωστον καὶ ἀκατονόμαστον, ἴσα τοῖς ἄλλοις εἰσάγειν βουλόμενος, τὸν δὲ κόσμον καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ὑπὸ Ἀγγέλων γεγενῆσθαι, τῶν πολύ τι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀγνώστου ὑποβεβηκότων. Τούτους γὰρ λέγει ἀποστάντας ἀπὸ τῆς ἄνω δυνάμεως οὕτω τὸν κόσμον πεποιηκέναι. Ἰησοῦν δὲ τὸν κύριον ἡμῶν ἀπὸ Ἰωσὴφ λέγει γεγεννῆσθαι, καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν· εἶναι δὲ αὐτὸν ὅμοιον τοῖς πᾶσι, βίῳ δὲ διενηνοχέναι, σωφροσύνῃ τε καὶ ἀρετῇ καὶ βίῳ δικαιοσύνης. Ἐπειδὴ δὲ, φησὶν,*
pag. 103. *εὔτονον ἔσχε ψυχὴν παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ ἐμνημόνευε τὰ ὁραθέντα ὑπ' αὐτῆς ἄνω, ὅτε ἦν ἐν τῇ περιφορᾷ τοῦ ἀγνώστου Πατρὸς, ἀπεστάλθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς, φησὶν, εἰς τὴν αὐτοῦ ψυχὴν δυνάμεις, ὅπως τὰ ὁραθέντα αὐτῇ ἀναμνημονεύσασα καὶ ἐνδυναμωθεῖσα φύγῃ τοὺς κοσμοποιοὺς Ἀγγέλους, ἐν τῷ διὰ πάντων χωρῆσαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πραγμάτων καὶ πράξεων τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γινομένων καὶ ἐν παραβύστῳ ἀτόπων ἔργων καὶ ἀθεμίτων, καὶ ὅπως διὰ πασῶν τῶν πράξεων ἐλευθερωθεῖσα ἡ αὐτὴ ψυχὴ, φησὶ, τοῦ Ἰησοῦ ἀνέλθῃ πρὸς τὸν αὐτὸν Πατέρα τὸν ἄγνωστον, τὸν δυνάμεις αὐτῇ ἀποστείλαντα ἄνωθεν ἵνα διὰ πασῶν τῶν πράξεων χωρήσασα καὶ ἐλευθερωθεῖσα διέλθοι πρὸς αὐτὸν ἄνω· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμοίας αὐτῇ ψυχὰς, τὰ ἴσα αὐτῇ ἀσπασαμένας, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐλευθερωθείσας ἄνω πτῆναι πρὸς τὸν ἄγνωστον Πατέρα, ἐν τῷ τὰς πάσας πράξεις πραξάσας ὁμοίως τῶν πάντων ἀπαλλαγείσας λοιπὸν ἐλευθερωθῆναι. Τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἔθεσιν ἀνατραφεῖσαν καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι δι' ὧν τὰ ἐπὶ κολάσεσι πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις δυνηθεὶς πρᾶξαι ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς ἴσχυσεν. Οὐ μόνον δὲ αὐτὴν τὴν ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ τοῦτο δεδυνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν δυναμένην διὰ τῶν πράξεων χωρήσασαν ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς αὐτοὺς Ἀγγέλους, καὶ αὐτὴ ἐὰν λάβῃ δυνάμεις, καὶ τὰ ὅμοια πράξῃ, καθάπερ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς προεῖπον. Ὅθεν εἰς τύφον οὗτοι ἐληλακότες μέγαν οἱ ὑπὸ τοῦ ἀπατεῶνος τούτου ἀπατηθέντες ἑαυτοὺς προκριτέους ἡγοῦνται καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν οὐκ Ἰησοῦ φασιν, ἀλλὰ Πέτρου καὶ Ἀνδρέου καὶ Παύλου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἑαυτοὺς ὑπερφερεστέρους εἶναι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς Γνώσεως καὶ τὸ περισσότερον τῆς διαπράξεως διαφόρων διεξόδων. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν φάσκουσι μηδὲν διενηνοχέναι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αἱ γὰρ ψυχαὶ*

rum nomen suis omnibus affinxit, indidemque Gnostici illi, de quibus proxime disputavimus, Catagnostici potius, hoc est *Damnates* appellandi.

Sed ut ad Carpocratem redeam, is supremum quidem principum unum asserit, eundemque parentem omnium, et incognitum, nec ullo nomine significatum perinde ut caeteri studet asserere. Mundum vero et quae mundo continentur ab angelis esse facta, qui incognito illo parente longe inferiorem dignitatis ordinem tenent. Eos vero statuit ab suprema virtute deficientes mundum istum fabricasse. Iesum porro dominum nostrum a Iosepho genitum, uti caeteri mortales ex viri mulierisque semine procreantur. Hunc qui nihil omnino reliquis ab hominibus differret, vitae solum genere, ac temperantia, et virtute, ac iustitia praestitisse. Sed cum firmiori vegetiorique quam alii homines esset anima praeditus, eorumque quae sursum in incogniti parentis comitatu viderat meminisset, immissas ab eodem parente in eius animam virtutes esse dicunt, ut eorum quae aspexerat recordata corroborataque conditores orbis angelos effugeret, hoc ipso quod per omnia rerum quae in mundo sunt, actionumque quae ab hominibus suscipiuntur, genera transiret, adeoque scelesta execrandaque clanculum facinora perpetraret, ut ita demum actionibus omnibus perfuncta, liberaque eadem Iesu anima incognitum ad parentem evolaret, a quo illae erant virtutes immissae quarum beneficio per omnia uti diximus actionum genera traducta exsolutaque sursum ad eum penetraret. Sic quae eius similes essent animae, iisdem addictas studiis, eodemque modo liberatas, ad incognitum parentem evolare sursum, dum functionibus omnibus obitis, et ab universis pariter expeditae deinceps in libertatem asseruntur. Verum quod anima Iesu in Iudaeorum ritibus enutrita angelos illos contempsisset, ob id virtutes accepisse, quibus cum constitutis ad poenas hominum perpessionibus defungi potuisset, mundi illos architectos transcenderit. Neque vero id unam Iesu animam perficere potuisse, sed et aliam quamlibet, quae per actiones eiusmodi progressione facta super conditores orbis angelos efferri potuerit; haec enim si vires acceperit paria cum Iesu eademque praestabit, ut paulo ante diximus. Ex quo miseri isti impostoris illius fraude decepti tam intolerabili arrogantia sunt, ut se vel ipsimet Iesu anteponendos existiment. Horum alii non quidem Iesu, sed Petro, Andreae, Paulo, celeris apostolis praestare sese dicunt cum abundantia quadam scientiae, tum quod progressiones varias ac decursus longe iis cumulatius obierint. Nonnulli vero sunt qui inter se ac dominum nostrum Iesum Christum nihil interesse censeant. Quippe animae ex eadem

ἐκ τῆς αὐτῆς περιφορᾶς εἰσι, καὶ ὁμοίως κατὰ τὴν τοῦ Ἰησοῦ πάντων καταφρόνησιν ποιησάμεναι· καὶ αἱ πᾶσαι, φασὶ, ψυχαὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἠξιώθησαν ἧς καὶ τοῦ Ἰησοῦ ἠξίωται. Διὸ καὶ ταῦτά φασι χωρεῖν διὰ πάσης πράξεως, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ διελή-
pag. 104. λυθεν. Εἰ δὲ καί τις πάλιν δυνηθείη ὑπὲρ τὸν Ἰησοῦν καταφρονῆσαι, διαφορώτερος ἔσται αὐτοῦ.

Κεφ. γ'. Ἐπιχειροῦσι δὲ οἱ τῆς ἀθεμίτου ταύτης σχολῆς παντοίας ἐπιχειρήσεις δεινῶν ἔργων καὶ ὀλετηρίων. [1] Μαγεία γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐπινενόηται, ἐπῳδάς τε διαφόρους πρὸς πᾶσαν μηχανὴν ἐφηύραντο πρὸς φίλτρα καὶ [2] ἀγώγιμα. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ παρέδρους δαίμονας ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται, εἰς τὸ διὰ πολλῆς μαγγανείας ἐν ἐξουσίᾳ μεγάλῃ πάντων, [3] φασὶ, κυριεύειν ὧν τε ἂν ἐθέλοι ἕκαστος καὶ ᾗ πράξει ἐπιχειρεῖν τολμήσειε δῆθεν ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντες πρὸς πληροφορίαν τῆς τετυφλωμένης αὐτῶν διανοίας, ὅτι αἱ τοιαῦται ἐγχειρήσεις κατισχύσασαι διὰ τῶν τοσούτων πράξεων, καὶ καταφρονήσασαι τῶν κοσμοποιῶν Ἀγγέλων, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ὑπερβαίνουσι τὴν τῶν αὐτῶν μυθοποιῶν (οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι κοσμοποιῶν) ἐξουσίαν, ὅπως ἂν τὴν ἄνω ἐλευθερίαν ἀσπάσωνται, καὶ τὴν ἄνω πτῆσιν [4] κτήσαιντο. Εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ Σατανᾶ παρεσκευασμένοι καὶ προβεβλημένοι εἰς ὄνειδος καὶ σκάνδαλον τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς ἐπίκλην Χριστιανοὶ, πρὸς τὸ σκανδαλίζεσθαι τὰ ἔθνη δι' αὐτῶν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὠφέλειαν καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα διὰ τῆς ἐκείνων ἀθεμιτουργίας καὶ ἀνεικάστου κακοπραγίας, εἰς τὸ τὰ ἔθνη κατανοοῦντα αὐτῶν τὰ ἐπάλληλα ἔργα τῶν ἀθεμιτουργιῶν, νομίσαντα καὶ τοὺς τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, ἀποστρέφειν, ὡς καὶ προεῖπον, τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν διδασκαλίας, ἢ καὶ ὁρῶντάς τινας [5] πάντας ὁμοίως βλασφημεῖν. Καὶ τούτου ἕνεκα οἱ πλείους τῶν ἐθνῶν [6] ὅπου γ' ἂν ἴδωσι τοιούτους, οὔτε ἐπὶ κοινωνίᾳ ἡμῖν προσφέρονται ληψοδοσίας, ἢ γνώμης, ἢ ἀκοῆς λόγου θείου, οὔτε τὴν ἀκοὴν ἐντιθέασιν, ἐπτυρμένοι ἀπὸ τῆς τῶν ἀθεμίτων ἀνοσιουργίας.

Κεφ. δ'. Εἰσὶ δὲ ἐν ἀσωτίᾳ διατελοῦντες οὗτοι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐργαζόμενοι πρὸς εὐπάθειαν σωμάτων, ἡμῖν δὲ ὅλως οὐκ ἐγγίζοντες, εἰ μή τι ἄρα πρὸς τὸ δελεάσαι ψυχὰς ἀστηρίκτους ἐν τῇ αὐτῶν κακοδιδασκαλίᾳ. Εἰς οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ὁμοιοῦνται· ἢ μόνον ὀνόματι καλεῖσθαι σεμνύνονται, ὅπως διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐπιπλάστου τὰ τῆς ἑαυτῶν
pag. 105. κακίας ἐργάσωνται. Τὸ δὲ κρίμα τούτων κατὰ τὸ γεγραμμένον ἔνδι-

Cap. III. — 1. μείγαλη *ed. princ.* *ad Arnobium lib. I., p.* 42.
2. *Cf. de hoc vocabulo Desid. Herald.* 3. φησι *cod. Rhedig.*

omnes circuitione sunt, eundemque quem Iesus contemptum rerum omnium susceperunt. Universae porro, inquiunt, eadem qua Iesu anima vi sunt ac virtute praeditae. Ideoque perinde illas per actionum genera omnia traduci, quemadmodum Iesu anima progressa sit. Quod si reperiri aliqua possit, quae maiorem quam Iesus contemptum suscipiat, ea ipsi demum antecellet.

Caeterum detestandae disciplinae huius alumni horribilium ac teterrimorum facinorum varia genera moliuntur. Nam et maleficas artes exercent, et ad machinanda quaelibet, veneficia et cantiones excogitarunt, velut ad philtra et amoris illecebras; imo etiam familiares sibi quosdam daemones alliciunt, ut multiplicibus iis praestigiis summam sibi, ut aiunt, in omnia potestatem vindicent, ac quod cuique libuerit, et quodcumque agere in animum induxerit, id ipsum audeat suscipere. Hoc autem eo consilio faciunt quod, uti miserandum in modum decepti sunt, certo sibi persuadeant, per tot tamque diversa facinora mundi fabricatoribus angelis, omnibusque quae in mundo sunt prostratis ac contemptis, illorum se non mundi, sed fabularum potius artificum potestatem transgredi; quo coelestem libertatem obtineant, et sursum aspirare atque evolare possint. Quod hominum genus ad ecclesiae dei probrum et offendiculum adornasse ac submisisse Satanas videtur; quippe qui Christianorum sibi nomen indiderint, ut propter illos offensae nationes ab sanctae dei ecclesiae utilitate abhorreant, nuntiatamque veritatem ob immania illorum facinora, et incredibilem nequitiam repudient, ut, inquam, frequentibus illorum sceleribus animadversis, eos quoque qui e sancta dei ecclesia sunt tales esse sibi persuadeant, atque ita ab verissima dei, uti diximus, doctrina aures avertant, aut certe paucorum improbitate conspecta in universos eadem maledicta coniiciant. Atque ea demum caussa est cur plerique gentilium, ubicumque istius sectae homines deprehenderint, nullam nobiscum velint neque dati acceptique neque consilii neque audiendi divini verbi societatem coniungere, ac ne aures quidem praebere sustineant; usque adeo nefariis illorum flagitiis consternati ac deterriti sunt. Cap. III.

Porro isti in luxu atque deliciis assidue versantur, nihilque non ad corporum voluptatem ac iucunditatem suscipiunt; neque ad nos penitus accedunt, nisi forte ut imbecilles animos ad impia sua dogmata pelliciant. Neque enim alia re nobis similes sunt, quam quod solo Christiani nomine gloriantur, ut ementiti huius vocabuli specie improbitatem suam exerceant. Sed horum, uti scriptum est, *iudicium* Cap. IV.

4. κτήσαντο *cod. Rhedig. et edit. princ.*
5. *Vulgo* πάντως.
6. ὅπου γ᾽ ἂν *ego rescripsi pro* ὅπου δ᾽ ἂν, *quod omnes libri habent.*

κόν ἐστιν, ὥς ὁ ἅγιος Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἔφη. Διὰ γὰρ τὰς κακὰς αὐτῶν πράξεις τὸ ἀνταπόδομα ἀποδοθήσεται αὐτοῖς. Ἀδεῶς γὰρ τὸν νοῦν αὐτῶν εἰς οἶστρον ἐκδεδωκότες πάθεσιν ἡδονῶν μυρίων ἑαυτοὺς παραδεδώκασι. Φασὶ γὰρ ὅτι ὅσα νομίζεται παρὰ ἀνθρώποις κακὰ εἶναι, οὐ κακὰ ὑπάρχει, ἀλλὰ φύσει καλά. Οὐδὲν γάρ ἐστι φύσει κακὸν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις νομίζεται εἶναι φαῦλα. Καὶ ταῦτα πάντα ἐάν τις πράξῃ ἐν τῇ μιᾷ ταύτῃ παρουσίᾳ, οὐκέτι μετενσωματοῦται αὐτοῦ ἡ ψυχὴ εἰς τὸ πάλιν ἀντικαταβληθῆναι, ἀλλὰ ὑπὸ ἓν ποιήσασα πᾶσαν πρᾶξιν ἀπαλλαγήσεται, ἐλευθερωθεῖσα καὶ μηκέτι χρεωστοῦσά τι τῶν πρὸς πρᾶξιν ἐν τῷ κόσμῳ. Ποίαν δὲ πρᾶξιν εἰπεῖν, δέδια πάλιν, μὴ βορβόρου δίκην κεκαλυμμένου ὀχετὸν ἀποκαλύψω καί τισι δόξω λοιμώδους δυσοδμίας ἐργάζεσθαι τὴν ἐμφόρησιν. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδήπερ ἐξ ἀληθείας συνεχόμεθα τὰ παρὰ τοῖς ἠπατημένοις ἀποκαλύψαι, σεμνότερον εἰπεῖν τε καὶ τῆς ἀληθείας μὴ ἔξω βαίνειν ἐμαυτὸν καταναγκάσω. Τί δὲ, ἄλλο τι πᾶσαν ἀρρητουργίαν καὶ ἀθέμιτον πρᾶξιν, ἣν οὐ θεμιτὸν ἐπὶ στόματος φέρειν, οὗτοι πράττουσι; καὶ πᾶν εἶδος ἀνδροβασιῶν καὶ λαγνιεστέρων ὁμιλιῶν πρὸς γυναῖκας ἐν ἑκάστῳ μέλει σώματος, μαγείας τε καὶ φαρμακείας καὶ [1] εἰδωλολατρείας ἐκτελοῦντες; Καὶ τοῦτο εἶναί φασιν ἐργασίαν ἀποδόσεως τῶν ἐν τῷ σώματι ὀφειλημάτων εἰς τὸ μηκέτι ἐγκαλεῖσθαι, ἢ μέλλειν τι πράξεως ἔργον ἀπαιτεῖσθαι· καὶ τούτου ἕνεκα μὴ ἀποστρέφεσθαι τὴν ψυχὴν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν καὶ πάλιν εἰς μετενσωμάτωσιν καὶ μεταγγισμὸν χωρεῖν.

Κεφ. ε'. Οὕτως γὰρ ἔχει τὰ αὐτῶν συντάγματα, ὥς ἀναγνόντα τὸν συνετὸν θαυμάζειν καὶ ἐκπλήττεσθαι καὶ ἀπιστεῖν εἰ ταῦτα οὕτως ὑπὸ ἀνθρώπων γενήσεται, οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς πόλιν κατοικούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ θηρῶν καὶ ὁμοίων θηρσὶ καὶ κτήνεσι, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν τὰ κυνῶν καὶ ὑῶν πράττειν τολμώντων. Φασὶ γὰρ, Δεῖ πάντως πᾶσαν χρῆσιν τούτων ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐξελθοῦσαι καὶ ὑστερή-
pag. 106. σασαί τινος ἔργου τούτου ἕνεκα καταστραφῶσιν εἰς σώματα πάλιν αἱ ψυχαὶ, εἰς τὸ πρᾶξαι αὖθις ἃ μὴ ἔπραξαν. Καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὅπερ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἶπε διὰ παραβολῆς ὅτι, Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἐν ᾧ ἧς ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, καὶ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μή πως ὁ ἀντίδικος παραδῷ σε τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτὴς τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ ὁ ὑπηρέτης βάλλῃ σε εἰς φυλακήν· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. Μῦθον δέ τινα πλάττουσιν οἱ αὐτοὶ πρὸς [1] ἐπίλυσιν τῆς

Cap. IV. — 1. εἰδωλολατρίας *ed. princ.*

legitimum est, id quod Paulus apostolus tradidit. Siquidem propter abominanda ipsorum facta, merces illis consentanea reddetur. Nam cum animum suum rapi libidinis impetu ac furore permiserint, in infinita sese voluptatum genera praecipites committunt. Ita enim disputant, quae ab hominibus mala iudicantur, ea minime mala esse, sed honesta natura. Nihil enim natura malum est, sed ab hominibus duntaxat prava censentur. Quae si quis omnia in hac una praesenti vita perfecerit, eius anima non amplius in alia corpora transfunditur, ut in hanc lucem denuo procreetur, sed omni actionum genere perfuncta libera atque immunis abscedet, cum nullius adhuc in hoc mundo debito actionis obligetur. Cuiusmodi vero actionem intelligant rursum explicare vereor, ne velut opertum coenum, ita graveolentem hanc cloacam aperiam, ac pestiferae cuiusdam exhalationis ac foetoris occasionem quibusdam videar praebuisse. Sed nihilominus, cum me veritas ipsa quodammodo cogat, ut hoc errore laborantium hominum arcana patefaciam, eam mihi necessitatem imponam, ut et honestioribus ea verbis enarrem, et a rei veritate nequaquam abhorream. Quid igitur isti aliud praeter execrandum illud ac detestabile flagitium committunt, quod ne sermone quidem exprimere licet, hoc est praeposteram marium consuetudinem, aut libidinosissimos cum feminis qualibet corporis parte concubitus, tum magicas insuper artes ac veneficia, idolorumque cultus. Atque hanc dissolvendorum corporis debitorum rationem esse confirmant, ne appellari amplius possint, aut ab iis ipsis opus aliquod repetatur, eoque modo illud obtineri, ut ne posteaquam hinc excesserit anima denuo revertatur, et ad illos aliena in corpora transitus ac migrationes sese referat.

Eiusmodi enim illorum monumenta sunt, ut si quis ea sapiens legerit, vehementer obstupescat, vixque ab hominibus fieri ista posse sibi persuadeat, non modo iis nostri generis hominibus, qui in republica versantur, sed etiam iis qui in medio ferarum earundem ac pecudum similes degunt, quique cum canibus ac suibus paria propemodum perpetrant. Siquidem experiri omnia oportere dicunt, ne egressae istinc animae, opere aliquo praetermisso, ob id rursus in corpora compingandum perficiant. Hoc vero ipsum esse, quod in evangelio Iesus hac parabola significat: *Esto*, inquit, *consentiens adversario tuo, dum adhuc es in via cum ipso, et da operam ut ab eo libereris, ne forte tradat te adversarius iudici, et iudex tradat te ministro, et minister in carcerem te mittat. Amen, amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Cui quidem inter- Cap. V. Matth. 5, 25.

Cap. V. — 1. *ἐπίλυσιν rescripsi Cornarii et Petavii emendationem secutus, quam firmare videtur cod. Rhedig., in quo legitur ἐπίλῦ. Vulgo extat ἐπίληψιν.*

παραβολῆς ταύτης, καί φασιν εἶναι τὸν ἀντίδικον ἐκεῖνον τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων Ἀγγέλων ἕνα, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο κατεσκευάσθαι, εἰς τὸ ἀπάγειν τὰς ψυχὰς πρὸς τὸν κριτὴν, τὰς ἐντεῦθεν ἐξερχομένας ἐκ σωμάτων, ἐκεῖσε δὲ ἐλεγχομένας μὴ ποιησάσας πᾶσαν ἐργασίαν, παραδίδοσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος τῷ ὑπηρέτῃ. Ἄγγελον δὲ εἶναι τὸν ὑπηρέτην, ἐξυπηρετούμενον τῷ κριτῇ τῷ κοσμοποιῷ εἰς τὸ φέρειν τὰς ψυχὰς πάλιν καὶ εἰς σώματα καταγγίζειν διάφορα. Εἶναι δὲ τὸν ἀντίδικον τοῦτον ὃν ἔφημεν τὸν κύριον εἰρηκέναι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὃν αὐτοὶ Ἄγγελον ἕνα τῶν κοσμοποιῶν φασιν, ὄνομα ἔχοντα Ἄβολον. Φασὶ γὰρ εἶναι τὴν φυλακὴν τὸ σῶμα, τὸν δὲ ἔσχατον κοδράντην θέλουσιν εἶναι τὴν μετενσωμάτωσιν, [2] καθ' ἑκάστην παρουσίαν ἐπιτελεῖν σωμάτων ἐσχάτην πρᾶξιν, καὶ μηκέτι ὑπολείπεσθαι πρὸς τὸ ἀθέμιτόν τι πρᾶξαι. Δεῖ γὰρ, φασὶν, ὡς προείπομεν, [3] πάντῃ ἐλθοῦσαν, καὶ πράξασαν καθ' ἕκαστον, καὶ ἐλευθερωθεῖσαν, ἀνελθεῖν [4] πρὸς ἄνω ἄγνωστον, ὑπερβᾶσαν τοὺς κοσμοποιοὺς καὶ τὸν κοσμοποιόν. Φασὶ δὲ πάλιν ὅτι δεῖ κἄν τε ἐν μιᾷ παρουσίᾳ τῆς μετενσωματώσεως πραξάσας λοιπὸν ἄνω ἐλευθερωθείσας ἀπιέναι, εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ παρουσίᾳ πράξουσι, καθ' ἑκάστην παρουσίαν μετενσωματώσεως [5] κατὰ βραχὺ ποιησάσας ἑκάστου ἔργου ἀθεμίτου τὴν ἐργασίαν λοιπὸν ἐλευθερωθῆναι. Λέγουσι δὲ πάλιν ὅτι, Τοῖς ἀξίοις ταῦτα καταξιοῦμεν διηγεῖσθαι, ἵνα πράξωσι τὰ δοκοῦντα εἶναι κακὰ, οὐκ ὄντα δὲ φύσει κακὰ, ἵνα μαθόντες ἐλευθερωθῶσι. Σφραγῖδα δὲ ἐν καυτῆρι, ἢ δι' ἐπιτηδεύσεως ξυρίου ἢ ῥαφίδος ἐπιτιθέασιν οὗτοι οἱ ὑπὸ Καρποκρᾶ ἐπὶ τὸν δεξιὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις.

Κεφ. ς'. Ἦλθε μὲν εἰς ἡμᾶς ἤδη πως Μαρκελλίνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατη-
pag. 107. θεῖσα, καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο ἐν χρόνοις Ἀνικήτου ἐπισκόπου Ῥώμῃ, τοῦ κατὰ τὴν διαδοχὴν Πίου, καὶ τῶν ἀνωτέρω. Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης, σύγχρονος ὢν Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντος τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων. Εἴτ' οὖν ἔτι περιόντων αὐτῶν ὑπὸ Πέτρου λαμβάνει τὴν χειροθεσίαν τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παραιτησάμενος ἤργει (λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ, τισὶ τοῦτο συμβουλεύων· εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον), ἤτοι μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ὑπὸ Κλήτου τοῦ ἐπισκόπου οὗτος καθίσταται, οὐ πάνυ σαφῶς ἴσμεν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἠδύνατο ἔτι

2. „Deest nonnihil" *annotavit Petavius. Nihil desidero. Verba* καθ' ἑκάστην *et quae sequuntur per epexegesin subiuncta explicant* μετενσωμάτωσιν *quam novissimum esse quadrantem interpretati sint.*

pretandae parabolae fabulam quandam commenti sunt, et adversarium illum unum esse ex mundi fabricatoribus angelis putant, qui huius rei caussa sit constitutus ut exsolutas corporis vinculis, atque hinc migrantes animas ad iudicem deducat; ubi nondum omnia praestitisse convictae a principe ministro traduntur, qui ex angelorum grege unus opifici mundi huius iudici ad transferendas, et in varia corpora deportandas animas operam suam collocat. Esse porro adversarium illum quem a domino commemoratum in evangelio diximus, unum ex mundi artificibus angelis nomine Abolum. Nam et custodiam esse corpus interpretantur, et novissimum quadrantem migrationem animarum, quas accessionibus ad corpora singulis ultimas actiones obire necesse sit, nullum ut amplius scelus ac flagitium supersit. Oportet enim, ut antea dictum est, pervagatam omnia singulisque perfunctam animam, ac solutam, mundi effectoribus ac praecipuo huius auctore superatis, ad supremum illum ignotumque penetrare. Addunt insuper vel in prima migratione confectis omnibus sursum evolare liberas opus esse, vel nisi unico illo adventu universa perfecerint, tum vero unaquaque transitione paulatim omnibus facinoribus flagitiisque defunctas sese in libertatem asserere. Praeterea nos iis qui digni sunt, inquiunt, arcana ista committimus, ut quae esse videntur mala, natura autem minime sunt, exequantur, eaque re cognita liberentur. Solent vero Carpocratiani quos ad suam sectam fraudulenter pellexerint, iis candente ferro, vel novacula, vel acu notam quandam ad imam auriculam imprimere.

Ex horum factione Marcellina quaedam ad nos venit, quae Aniceti Romani episcopi tempore plerosque labefactavit, Aniceti inquam illius qui Pio aliisque pontificibus successit. Etenim Romae primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter atque episcopi fuerunt. Inde Linus, tum Cletus. Post hunc Clemens, Petri et Pauli temporum aequalis, de quo Paulus meminit ad Romanos scribens. Neque vero miretur aliquis quod ante ipsum in pontificiam dignitatem alii apostolis successerint, cum Petri ac Pauli esset aequalis, iisdem enim ille temporibus vixit. Utrum illis adhuc superstitibus impositis manibus episcopus a Petro consecratus, eaque detrectata provincia ab omni administratione vacaverit (ita enim in quadam epistola scripsit: *Recedo, exeo, instet populus dei*, nonnullis videlicet hoc modo consulens, nam in quibusdam commentariis ita scriptum reperimus), an potius secundum apostolos ab episcopo Cleto sit constitutus, liquido non constat. Quamquam vel hac quidem ratione poterant vi-

Cap. VI.

Imo ad Philipp. 4, 3.

3. πάντη *cod. Rhedig. Vulgo* πάντα. *Petavio placuit* εἰς πάντα.

4. *Suspicor* πρὸς τὸν ἄνω ἄγνωστον.

5. *Vulgo* καταβραχὺ.

περιόντων τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ τῶν περὶ Πέτρον καὶ Παῦλον, ἐπισκόπους ἄλλους καθίστασθαι, διὰ τὸ τοὺς ἀποστόλους πολλάκις ἐπὶ τὰς ἄλλας πατρίδας τὴν πορείαν στέλλεσθαι, διὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ δύνασθαι δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν ἀφικνεῖται, Πέτρος δὲ πολλάκις Πόντον τε καὶ Βιθυνίαν ἐπεσκέψατο. Ἐνεχώρει δὲ μετὰ τὸ κατασταθῆναι Κλήμεντα καὶ παραιτήσασθαι (εἴ γε οὕτως ἐπράχθη, διανοοῦμαι γάρ, οὐχ ὁρίζομαι) ὕστερον μετὰ τὸ τετελευτηκέναι Λῖνον καὶ Κλῆτον ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη ἕκαστον μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου καὶ Παύλου τελευτὴν τὴν ἐπὶ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Νέρωνος γενομένην, τοῦτον αὖθις ἀναγκασθῆναι τὴν ἐπισκοπὴν κατασχεῖν. Ὅμως ἡ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν· Πέτρος καὶ Παῦλος, Λῖνος καὶ Κλῆτος, Κλήμης, Εὐάρεστος, Ἀλέξανδρος, Ξύστος, Τελέσφορος, Εὐάρεστος, Ὑγῖνος, Πῖος, Ἀνίκητος, ὁ ἄνω ἐν τῷ καταλόγῳ προδεδηλωμένος. Καὶ μή τις θαυμάσῃ ὅτι ἕκαστα οὕτως ἀκριβῶς διήλθομεν. Διὰ γὰρ τούτων ἀεὶ τὸ σαφὲς δείκνυται. Ἐν χρόνοις τοίνυν, ὡς ἔφημεν, Ἀνικήτου ἡ προδεδηλωμένη Μαρκελ-
pag. 108. λίνα ἐν Ῥώμῃ γενομένη, τὴν λύμην τῆς Καρποκρᾶ διδασκαλίας ἐξεμέσασα, πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε λυμηναμένη ἠφάνισε. Καὶ ἔνθεν γέγονεν ἡ ἀρχὴ Γνωστικῶν τῶν καλουμένων. Ἔχουσι δὲ εἰκόνας ἐνζωγράφους διὰ χρωμάτων, τινὲς δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λοιπῆς ὕλης, ἅτινα ἐκτυπώματά φασιν εἶναι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῦτα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου γεγενῆσθαι τὰ ἐκτυπώματα τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ, ὅτε ἐνεδήμει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Κρύβδην δὲ τὰς τοιαύτας ἔχουσιν εἰκόνας· ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων τινῶν, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ λοιπῶν, μεθ' ὧν φιλοσόφων καὶ ἕτερα ἐκτυπώματα τοῦ Ἰησοῦ τιθέασιν, ἱδρύσαντές τε προσκυνοῦσι καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελοῦσι μυστήρια. Στήσαντες γὰρ ταύτας τὰς εἰκόνας τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθη λοιπὸν ποιοῦσι. Τίνα δέ ἐστιν ἐθνῶν ἔθη, ἀλλ' ἢ θυσίαι καὶ τὰ ἄλλα; Ψυχῆς δὲ εἶναι μόνης σωτηρίαν φασὶ, καὶ οὐχὶ σωμάτων.

Κεφ. ζ. Δεῖ τοίνυν τούτους ἀνατρέπειν παντὶ σθένει· μηδεὶς γὰρ καταφρονείτω λόγου, καὶ μάλιστα παρὰ ἀπατεῶνος. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν, Οὐ γάρ ἐστι φωρατὰ καὶ μωρίας ἔμπλεα; Ἀλλ' ἔσθ' ὅπῃ καὶ τὰ μωρὰ πείθει τοὺς ἄφρονας καὶ τοὺς συνετοὺς παρεκτρέπει, ἐὰν μὴ παρῇ ὁ νοῦς ὁ ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἠσκημένος. Ἐμπεσόντος τοίνυν καὶ τούτου [1] τῇ Σίμωνος μαγείᾳ καὶ τῶν λοιπῶν, τοῖς αὐτοῖς καὶ τοῦτον ἀνατρέψομεν. Εἰ γὰρ ἡ ἄγνωστος καὶ ἀκατονόμαστος δύναμις αἰτία γέγονεν ἄλλων

Cap. VII. — 1. τῇ codd. Vatic. Rhedig. Vulgo τοῦ. — In seqq. pro ἡ ἄγνωστος edit. Petav. vitium habet ὁ ἄγν.

ventibus adhuc apostolis, Petro scilicet ac Paulo episcopi alii surrogari, quod iidem illi praedicandi evangelii gratia in alias urbes regionesque profectionem susciperent, carere autem episcopo Roma non posset. Siquidem Paulus in Hispaniam pervenit, Petrus vero Pontum ac Bithyniam saepenumero peragravit. Ac fieri sane potuit, ut primum Clemente constituto, cum is defugeret (si ita tamen contigit, quod ego opinando potius quam asseverando dixerim) postea Lino, Cletoque mortuis, qui XII annorum spatio singulatim episcopatum obtinuerunt, post apostolorum Petri Paulique necem, quae in annum Neronis XII. incurrit, tum demum pontificatum capessere sit coactus. Sed utcumque sese res habuerit, Romanorum pontificum ista successio est: Petrus et Paulus, Linus ac Cletus, Clemens, Euaristus, Alexander, Xystus, Telesphorus, Euaristus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui est a me paulo ante in episcoporum ordine numeratus. Ac nemini sane mirum videatur cur singula tanta cum diligentia percurrerim. Per haec enim perpetuo certa accurrataque veritas ostenditur. Quamobrem Aniceti, ut dictum est tempore, Marcellina illa Romam veniens, et Carpocratianae doctrinae virus evomens, multos illic errore suo depravatos in exitium impulit; indidemque Gnosticorum sunt excitata primordia. Habent porro Carpocratiani depictas coloribus imagines, quidam etiam aureas aut argenteas, vel ex alia materia factas, quas esse Iesu effigies affirmant, easdemque a Pontio Pilato ad Christi similitudinem effictas, quo tempore inter homines degebat. Sed eiusmodi imagines occultas habent, nec non et philosophorum quorundam, ut Pythagorae, Platonis, Aristotelis, aliorumque, quibus eas quas dixi Christi effigies miscent, et erectas simul omnes adorant, ad easque gentilium ritus instituunt. Collocatis enim simulacris istis, quae a gentilibus fieri solent deinceps perficiunt. Quinam vero sunt gentiles ii ritus alii quam sacrificia, caeteraque generis eiusdem? Caeterum ita soli animae salutem attibuunt ut ab eius communione corpora segreganda putent.

Quamobrem omni illos ope profligare oportet atque evertere. Cap. VII.
Neque enim est quod eiusmodi dogmata praesertim a tali impostore profecta quispiam contemnat. Atenim dicat aliquis, Nonne ea sunt cognitu facilia stultitiaque plenissima? Sunt ea vero. Sed insipientibus stulta plerumque persuadentur, imo etiam prudentes a recta via deflectunt, nisi animi vis adsit veritatis exercitatione firmata. Quamobrem cum in iisdem quibus Simon magicis artibus caeteraque errorum faece Carpocras haereat, nos easdem quoque ad illum evertendum rationes adhibebimus. Si enim ignota illa nec ullo nomine

Ἀγγέλων, ἥ ἐστιν ἄγνοια παρὰ τῇ αὐτῇ, τουτέστι τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων, εἰ μὴ ᾔδει ἃ μέλλουσι πράττειν οἱ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευαζόμενοι Ἄγγελοι, ἀγνοήσας ὅτι ἀποστήσονται καὶ ποιήσουσιν ἃ μὴ [2]αὐτὸς ἐβούλετο· ἢ τούτους μὲν ἐποίησε γινώσκων ὅτι ποιήσουσιν ὃ αὐτὸς οὐ βούλεται, παρ' αὐτῶν δὲ γέγονε, καὶ ἔσται διὰ τῆς γνώσεως καὶ εὐδοκίας αὐτὸς ποιήσας ἃ ἐκεῖνοι τετολμήκασιν. Εἰ τοίνυν, ὡς προεῖπον, ἐγίνωσκε μὲν ἃ ποιήσουσιν, οὐκ ἠβούλετο δὲ ἵνα ποιήσωσι, τίνι τῷ λόγῳ τοὺς πεποιηκότας ἐποίει εἰς τὸ πράττειν ἃ μὴ αὐτὸς ἐβούλετο; Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν πεποίηκε τοὺς Ἀγγέλους ἵνα ποιήσωσι τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα, ἄρα
pag. 109. *ἤθελε γενέσθαι, διὸ καὶ τοὺς πεποιηκότας προκατεσκεύασεν Ἀγγέλους. Καὶ εἰ προκατεσκεύασεν εἰς τὸ ποιῆσαι, ἀπαγορεύει δὲ τὰ ὑπ' αὐτῶν γενόμενα, συκοφαντία ἂν εἴη ἐν μέσῳ. Εἰ δὲ συνεχώρει μὲν τοῦ ποιεῖν αὐτοὺς, βούλεται δὲ τὰ ὑπ' αὐτῶν γενόμενα, τουτέστιν ἀνθρώπους καὶ ψυχὰς, πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνειν παρὰ τὴν τούτων βούλησιν, ἄρα ἔσται πλεονεξία ἐν μέσῳ, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἁρπαζομένων τῶν ὑπὸ τῶν Ἀγγέλων ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ ἄνω παρὰ τὴν τούτων βούλησιν. Ἀλλὰ καὶ ἀδράνεια εἴη, ἐπειδὴ μὴ αὐτὸς δυνάμενος ἑαυτοῦ ποιεῖν ἁρπάζει τὰ ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων γενόμενα. Καὶ ἔσται λοιπὸν μῦθος καὶ μωρολογία, τῶν μὲν κάτω δυνάμεων ὑπερβῆναι τοὺς ἐν μέσῳ, τοὺς δὲ ἐν μέσῳ τιμωρεῖσθαι αἰτίους ὄντας τῶν κάτω, καὶ τοὺς κάτω ὑπὲρ τοὺς μέσους πρὸς τὸν ἄνω σώζεσθαι καὶ ἐλευθεροῦσθαι, λέγω δὴ τὰς ψυχὰς τῶν ἐν τῇδε τῇ κτίσει. Εἴη δ' ἂν ὁ μὲν ἄνω μὴ δυνηθεὶς ποιῆσαι ἀσθενὴς κρινόμενος, οἱ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενοι δυνάμενοι ποιῆσαι ἃ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐβούλετο καὶ οὐκ ἠδύνατο. Οὐ γὰρ δύναται ἃ ἐκεῖνος ἐπιποθεῖ εἶναι αὐτῷ κακὸν, οὐδὲ ὑπὸ κακῶν γεγονέναι. Εἰ γὰρ ἦν κακὸν, ἐχρῆν ἀπόλλυσθαι. Εἰ δὲ ὅλως μέρος τι τοῦ ἔργου σώζεται,. οὐκέτι τὸ ἔργον φαῦλον, κἄν τε μέρος αὐτοῦ σωζόμενον εὑρίσκοιτο, οὔτε οἱ ποιήσαντες φαῦλοι τὸν σωζόμενον τεχνησάμενοι. Εἰ δὲ ὅλως ἐξ Ἀγγέλων ἡ ψυχὴ, καὶ ἄνωθεν λαμβάνει δύναμιν παραχθεῖσα, [3]ἄρα γε οἱ Ἄγγελοι πλέον σωτηρίας τεύξονται, ὅτι ἡ ἀπ' αὐτῶν ψυχὴ σώζεται, καὶ φαύλων οὖσα· σωζομένης δὲ αὐτῆς οὐκέτι φαῦλος οὔτε αὐτὴ ἡ ψυχὴ ἡ γενομένη ὑπὸ τῶν Ἀγγέλων, οὔτε οἱ Ἄγγελοι, ἐξ ὧν αὐτὴ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει.*

Κεφ. η'. *Παντὶ δὲ τῷ τὸν νοῦν ἐρρωμένον ἔχοντι ἰστέον ἂν εἴη ὅτι ἀνοίας*

2. αὐτὸς *cod. Vatic., et inde ed. Petav.* οὗτος *cod. Rhedig. et edit. princ.*
3. *Vulgo* ἆρα.

explicabilis virtus aliorum angelorum causa fuit, vel ei tribuenda erit ignorantia qui sit universorum parens, quod ignarus eorum fuerit quae iidem illi quos designabat effecturi erant angeli, neque istud sciverit, subtracturos se ab eius potestate, eaque quae minime vellet aliquando esse facturos: vel sic illos procreasse dicendus est, ut quod fieri nollet facturos esse cognosceret, quod iis auctoribus postea sit secutum, atque hoc modo quicquid ausi isti fuerint, hoc ille et scientia ipsa et consensione ac voluntate perfecit. Igitur si, ut ante dictum est, ea nosset quae facturi erant angeli, neque tamen fieri vellet, cur eos qui id egerint produxit unquam, ut quae nollet auderent aliquando facere? Sin angelos ipse condidit, sua ut illa opera praestarent, fieri igitur ea non noluit, cum ideo auctores illorum angelos ante produxerit. Quod si ad eadem illa facienda produxit, et ea tamen quae facta sunt interdixit, enimvero calumnia ac malitia quaedam intercessit. Si vero illis ut efficerent permisit, quae vero sunt ab iis effecta, homines videlicet et animas, praeter istorum voluntatem ad sese aggregare studet, hoc demum nihil erit aliud nisi cupiditas quaedam alienorum appetens, cum homines ab angelis effecti iisdem ipsis invitis a supremo illo dominatore rapiuntur. Imo etiam imbecillitatis istud erit, cum ipse sibi moliri nequeat quae sunt ab iis facta quorum est auctor per vim ac violentiam auferre. Quo fit ut ad inane commentum ac fabulam tota illorum doctrina recidat, quae hoc asserat; tametsi infimae virtutes mediocribus subiaceant, a mediocribus tamen, quae illarum caussae sunt, poenas expeti, infimasque mediocribus superatis ad supremum omnium auctorem evolare, ac libertatem consequi, hoc est animas quae in hac rerum conditarum universitate continentur. Quamobrem supremus ille, qui eas creare nequiverit, imbecillitatis arguetur. Quos ipse vero produxerit, eiusmodi esse videbuntur qui ea facere possint quae vel ille noluerit, vel ut maxime vellet, facere nullo modo potuerit. Neque enim quorum ille desiderio tenetur, ea ipsi mala esse possunt, vel a malis producta. Nam si mala sunt, perire funditus oportuit. Sin pars est operis aliqua servanda, malum ipsum esse non potest, si vel eius ulla pars salva reperitur, neque ipsimet artifices mali sunt, qui eum qui servandus est fabricati fuerint. Iam si ab angelis omnino propagata sit anima, atque in lucem producta vim quandam coelitus acceperit, multo igitur magis salutem obtinebunt angeli, cum ab ipsis anima etiam malis procreata servetur. Denique si salva esse possit anima, neque ipsa mala erit ab angelis producta, neque angeli, a quibus haec ortum habuerit.

Ac quicumque firmo et constanti ingenio praeditus est, intelli- Cap. VIII.

ἐστὶ τὸ πᾶν τοῦτο ἀγυρτῶδες ἐργαστήριον. Καταισχυνθήσονται δὲ αὖθις οὗτοι καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων. Εἰ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἀπὸ παρθένου Μαρίας, ἀλλὰ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ τῆς αὐτῆς Μαρίας, σώζεται δὲ οὗτος, [1] ἄρα καὶ αὐτοὶ σωθήσονται οἱ τοῦτον γεγεννηκότες. Καὶ εἰ ἡ Μαρία καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ ὑπάρχουσιν, ἄρα τὸν δημιουργὸν κτιστὴν ἔφασαν, καὶ οὐκέτι ἐν ὑστερήματι ἔσται ὁ τὸν Ἰω-
pag. 110. σὴφ καὶ τὴν Μαρίαν ποιήσας, ἐξ ὧν ὁ Ἰησοῦς παρὰ τοῦ ἄνω ἀγνώστου Πατρὸς ὑπάρχει. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῶν Ἀγγέλων ἐστὶ, καὶ ὁ δημιουργὸς εἷς ἐστι τῶν Ἀγγέλων, [2] ἄρα γε ἀτοπήματι τῷ ἑνὶ πάντες περιπεσοῦνται, ὁποίῳ καὶ οἱ Ἄγγελοι περιπεπτώκασι· καὶ ἀσύστατον εἴη ἂν τὸ παρ' αὐτῶν δραματούργημα, δηλητηρίου ἔμπλεων, καὶ πάσης ἰώδους διδασκαλίας μεμεστωμένον. Ταύτην δὲ αὖθις ὀπίσω τρέψαντες, ὥσπερ δράκοντος κεφαλὴν ξύλῳ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐπὶ γῆς λακήσαντες, ταῖς ἄλλαις θηριομόρφοις προσπελάσαντες, ἐπ' ὀλέθρῳ τούτων καὶ τῶν τοιούτων βαδιούμεθα.

ΚΑΤΑ ΚΗΡΙΝΘΙΑΝΩΝ,

ἤτοι Μηρινθιανῶν, ὀγδόη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α'. Κήρινθος δὲ αὖθις, ἀφ' οὗπερ οἱ Κηρινθιανοὶ λεγόμενοι, ἀπὸ ταύτης τῆς θηριώδους σπορᾶς τὸν ἰὸν τῷ κόσμῳ φέρων ἥκει, σχεδὸν δὲ οὐδὲν ἕτερον παρὰ τὸν προειρημένον Καρποκρᾶν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τῷ κόσμῳ κακοποιὰ φάρμακα ἐκβλυστάνει. Τὰ [1] ἴσα γὰρ τῷ προειρημένῳ εἰς τὸν Χριστὸν συκοφαντήσας ἐξηγεῖται καὶ οὗτος, ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ τὸν Χριστὸν γεγενῆσθαι, καὶ τὸν κόσμον ὁμοίως ὑπὸ Ἀγγέλων γεγενῆσθαι. Οὐδὲν γὰρ οὗτος παρὰ τὸν πρῶτον διήλλαξε τῇ εἰσαγωγῇ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ μόνον, ἐν τῷ προσέχειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀπὸ μέρους. Φάσκει δὲ οὗτος τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ Ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἕνα εἶναι τῶν Ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων. Ἐγένετο δὲ οὗτος ὁ Κήρινθος ἐν τῇ Ἀσίᾳ διατρίβων, κἀκεῖσε τοῦ κηρύγματος τὴν ἀρχὴν πεποιημένος. Ἤδη δὲ περὶ τούτου εἴπομεν, ὡς καὶ οὗτος ἐκήρυττεν οὐκ ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἄνωθεν δυνάμεως τὸν κόσμον γεγενῆσθαι, ἄνωθεν δὲ ἐκ τοῦ ἄνω θεοῦ μετὰ τὸ ἁδρυνθῆναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγεννημένον κατεληλυθέναι τὸν Χριστὸν εἰς αὐτὸν, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἀποκαλύψαι αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς μετ' αὐτοῦ τὸν ἄγνωστον Πατέρα. Καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἦλθεν ἡ δύναμις εἰς αὐτὸν ἄνωθεν, δυνάμεις
pag. 111. ἐπιτετελεκέναι, καὶ αὐτοῦ πεπονθότος τὸ ἐλθὸν ἄνωθεν ἀναπτῆναι ἀπὸ

Cap. VIII. — 1. Vulgo ἆρα. 2. Vulgo ἆρα.

gere istud debet, nihil esse tota hac circulatorum officina stultius. Quos quidem suis ipsorum verbis ignominiose convincere hoc modo possumus. Etenim si Iesus Christus non de virgine Maria natus, sed de Iosephi semine, eademque Maria propagatus est, et is salutem adipiscitur, etiam illos qui ipsum genuerint esse salvos oportet. Qui si a summo illo opifice facti sunt, sane hunc esse creatorem inter illos convenit, neque qui Iosephum Mariamque condidit defectui amplius ascribetur, a quibus Iesus ortus est, qui ab ignoto illo parente profectus est. Sin Iesus etiam ab angelis creatus est, et est angelorum unus opifex ipse, in unum et idem absurdum relabi universos necesse est, in quod et angeli ipsimet incurrerunt, neque illorum fabula constabit, letalis cuiusdam veneni ac pestiferae doctrinae referta. Sed nos, profligata hac haeresi et in fugam conversa, perinde ac serpentis capite fidei ac veritatis baculo humi illiso, ad alias monstrorum horrendas effigies promoto gradu funditus eas delere atque evertere conabimur.

ADVERSUS CERINTHIANOS,
sive Merinthianos, quae est haeresis VIII., vel XXVIII.

Sequitur Cerinthus, a quo Cerinthiani haeretici nominantur, Cap. I.
qui eodem ex ferino satu procreatus virus suum in orbem terrarum profudit. Atque is nihil propemodum aliud quam a nobis supra commemoratus ille Carpocras asseruit, eademque cum eo letalia in mundum venena propagavit. Siquidem pari in Christum calumnia censet, hunc e Maria Iosephique semine esse prognatum, mundumque similiter ab angelis fabricatum. Neque ulla alia re discrepantem ab illo doctrinam invexit, nisi quod Iudaicos etiam ritus adscivit. At idem legem ac prophetas ab angelis profectos asserit, eumque qui legem tulerit ex eorum angelorum esse numero, a quibus orbis est conditus. Porro Cerinthus iste in Asia versatus doctrinam suam proferre istic coepit. Qui, ut ante diximus, minime a prima illa supremaque Virtute fabricatum esse mundum censuit. Tum ita docuit: Postquam ille Iesus adolevit, qui ex Iosephi Mariaeque semine natus est, in hunc delapsum a summo illo deo esse Christum, hoc est spiritum sanctum columbae specie ad Iordanem, ac tum ei incognitum Parentem, et per illum posteris patefecisse. Ob idque mox ut in ipsum coelestis illa sese virtus infudit, portenta ac miracula patrasse, ac demum posteaquam passus est, quod e coelo venerat,

Cap. I. — 1. ἶσα *Vett. Epiphanii libri habent plerumque, non* ἴσα.

τοῦ Ἰησοῦ ἄνω. Πεπονθότα δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ πάλιν ἐγηγερμένον, Χριστὸν δὲ τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα εἰς αὐτὸν ἀπαθῆ ἀναπτάντα, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατελθὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ οὐ τὸν Ἰησοῦν εἶναι Χριστόν.

Κεφ. β΄. Ἐκπέπτωκε δὲ καὶ οὗτος, ὡς ὁρᾶτε πάντες οἱ τῆς ἀληθείας ἐρασταί. Φάσκει γὰρ τὸν νόμον δεδωκότα οὐκ ἀγαθὸν, οὗ τῷ νόμῳ πείθεσθαι δοκεῖ, δῆλον δὲ ὅτι ὡς ἀγαθῷ. Πῶς οὖν ὁ πονηρὸς τὸν ἀγαθὸν νόμον δέδωκεν; Εἰ γὰρ καλὸν τὸ μὴ μοιχεύειν, καὶ καλὸν τὸ μὴ φονεύειν, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ ἐντειλάμενος βελτίων εἴη, ἐάν γε ὁ μὴ πράξας ἀγαθὸς [1] ὁμολογῆται; πῶς δὲ κατηγορηθήσεται κακὰ πράττων ὁ τὸ ἀγαθὸν συμβουλεύων καὶ ἀγαθὸν διδοὺς νόμον; Ἀλλὰ μανιώδης ὁ ἀνὴρ τοιούτοις ἐγχειρῶν. Οὗτος δέ ἐστιν, ἀγαπητοὶ, εἷς τῶν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὁ τὴν ταραχὴν ἐργασάμενος, ὅτε οἱ περὶ Ἰάκωβον γεγράφασιν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐπιστολὴν, λέγοντες ὅτι, Ἔγνωμέν τινας ἐξ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐλθόντας καὶ ταράξαντας ὑμᾶς λόγοις, οἷς οὐ διετειλάμεθα. Καὶ οὗτος εἷς ἐστι τῶν ἀντιστάντων τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ, ἐπειδὴ εἰςῆλθε πρὸς Κορνήλιον τὸν ἅγιον, ὅτε μετεστείλατο αὐτὸν καταξιωθεὶς ὀπτασίας ἀγγέλου, καὶ ὁ Πέτρος ἐδίσταζε, καὶ εἶδε τὸ ὅραμα τῆς ὀθόνης καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἤκουσε παρὰ κυρίου μηδὲν κοινὸν λέγειν ἢ ἀκάθαρτον. Οὗτος οὖν παρεκίνει περὶ τοῦ Πέτρου ἀνελθόντος εἰς Ἱερουσαλὴμ τὰ πλήθη τῶν ἐκ περιτομῆς λέγων ὅτι, Εἰςῆλθε πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας. Ἐποίησε δὲ τοῦτο Κήρινθος πρὶν ἢ ἐν τῇ Ἀσίᾳ κηρύξαι τὸ αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ περισσότερον τῆς ἑαυτοῦ ἀπωλείας βάραθρον. Διὰ γὰρ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐμπερίτομον δῆθεν ἀντιδικίας ἕνεκα τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστῶν διὰ τῆς περιτομῆς τὴν πρόφασιν ἐθηράσατο.

Κεφ. γ΄. Τοῦ δὲ κυρίου πάντοτε τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἀνθρωπότητος ποιουμένου, καὶ τὸ σαφὲς τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς τῆς ἀληθείας υἱοῖς ἀσφαλιζομένου, καὶ δόντος Πέτρῳ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ ποιήσασθαι [1] τοὺς πρὸς αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐλέγχους, φανερὰ γίνεται ἡ τοῦ Κηρίνθου ἄνοια. Φησὶ γὰρ ὁ ἅγιος Πέτρος, Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ, καὶ εἶδον ἐν
pag. 112. μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ περὶ ὥραν ἕκτην ὀθόνην καθιεμένην ἐν τέτρασιν ἀρχαῖς, ἐν ᾗ ἦν πάντα τὰ τετράποδα καὶ ἑρπετά· καὶ εἶπέ μοι, Θῦσον καὶ φάγε· ἐγὼ δὲ εἶπον, Κύριε μηδαμῶς, ὅτι οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου· ἀπεκρίθη δέ μοι ἐκ δευτέρου φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου· καὶ ἐξ αὐτῆς ἰδοὺ, δύο

Cap. II. — 1. *In libris vulgo extat* ὁμολογεῖται.

Cap. III. — 1. *Rescripsi* τοὺς *pro* τὸν, *quod in libris est.*

eodem relicto Iesum revolasse: Iesum porro et obiisse mortem, et ad vitam excitatum esse: Christum vero qui descenderat poenae omnis expertem eo unde venerat reversum, qui idem ille est qui columbae specie delapsus fuerat; ita Iesum minime esse Christum.

Verum et hic non minus quam reliqui omnes excidit, ut intueri facile potestis quicumque veritatis amore tenemini. Nam eum a quo lex tradita sit bonum negat esse, cuius tamen legi utique tanquam bonae obtemperare videtur. Qui vero convenit, ut qui malus sit bonam legem praescripserit? Si enim non adulterari, vel non occidere est honestum, quanto melior is est qui ista praecepit, si is qui ea non commisit confessione omnium bonus habetur. Quonam pacto mali cuiusdam facinoris accusari potest qui bona consulit, ac tam bonam legem hominibus descripsit? Enimvero furiosus et amens est qui ea iactare non est veritus. Atque idem ille, carissimi, fuit, qui apostolorum tempore tumultum illum excitavit, cum Iacobus caeterique apostoli literas Antiochiam scripserunt his verbis: *Quoniam cognovimus, quosdam a nobis ad vos esse profectos, suisque vos perturbasse sermonibus, quibus non mandavimus* etc. Idem quoque eorum unus est qui se Petro opposuerant, cum ad sanctum Cornelium ivisset, a quo post oblatum per visum angelum erat arcessitus. Quo tempore dubitante Petro linteum illud cum iis quae continebat obiectum est, et a domino istud ipsum audiit, ne quid commune vel impurum appellaret. Igitur Cerinthus circumcisorum gregem adversus Petrum revertentem commovit Hierosolymis, dicens: *Ingressus est ad viros praeputium habentes.* Quod quidem ab eo factum est, antequam suum in Asia dogma praedicaret, seque in exitii sui gurgitem profundius immitteret. Nam cum circumcisus hic esset, ut eos qui retento praeputio fideles erant ulcisceretur, occasionem e circumcisione nactus est. Cap. II. Act. 15, 24. Act. 10. Act. 11, 3.

Sed cum dominus humani generis curam perpetuo gerat, et in veritatis amantibus filiis certam ac constantem illius fidem stabilire ac confirmare soleat, cum sanctissimo apostolo Petro confutandi illius facultatem ac rationem dedisset, manifeste omnibus est Cerinthi comperta stoliditas. Ita enim apostolus locutus est: *Ego eram in civitate Ioppe: et vidi media luce circa horam sextam linteum quatuor initiis summitti de coelo, in quo erant omnia quadrupedia et reptilia. Et dixit mihi, Occide et manduca. Dixi autem, Nequaquam, domine; quia nihil unquam commune vel immundum introivit in os meum. Respondit autem mihi vox de coelo, Quae deus mundavit, tu ne communia dixeris. Et confestim ecce duo viri astiterunt in domo. Et dixit* Cap. III. Act. 11, 5 sqq.

figurari et manifestum fieri. Quod Paulus ipse testatur. *Omne*, inquit, *quod manifestatur lumen est.* Quare cum Hominem atque Ecclesiam Vita patefecerit ac genuerit, merito eorumdem lux esse dicitur. Quocirca perspicue Ioannes his verbis cum alia, tum alterum quaternionem aperuit, Verbum et Vitam, Hominem atque Ecclesiam. Nec minus tamen priorem quaternionem indicat. Cum enim de Salvatore disserit, omniaque quae extra Pleroma sunt ab ipso esse formata scribit, totius illum Pleromatis fructum esse commonstrat. Nam illum lucem esse dixit, quae lucet in tenebris, nec ab ipsis comprehenditur; eo quod cum omnia, quae ex commotione ortum habuerant, composuisset, ab illis nequaquam est agnitus. Sed et filium eundem ac Veritatem, et Vitam et Verbum quod caro factum sit appellat. *Cuius*, inquit, *gloriam vidimus: eratque gloria eius quasi unigeniti eidem a Patre concessa, plena gratiae et veritatis.* Hoc enim modo scribit: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.* Quo in loco primum quaternionem accuratissime descripsit, cum Patrem nominavit, et Gratiam, et Unigenitum, ac Veritatem. Ita plane Iohannes de prima, adeoque matre omnium Aeonum Ogdoade locutus est. Istos enim nominatim concepit, Patrem, Gratiam, Unigenam, Veritatem, Verbum, Vitam, Hominem, Ecclesiam.

Eph. 5, 13.

Ioann. 1, 14.

Cap. XXX.

Vides, carissime, artem illam ac fraudem, qua sibimetipsis illudunt haeretici, dum sacris literis per calumniam abutuntur, ut ex illarum testimonio fabulis suis pondus et autoritatem concilient. Quamobrem consulto illorum in medium verba protuli, ut mirificum ipsorum calliditatis artificium atque erroris pravitatem animadverteres. Primum enim, si Iohanni supremam illam Ogdoadem declarare propositum fuisset, procreationis ordinem servaret, ac priorem illum, uti asserunt, augustissimumque Quaternionem in prima nominum serie collocaret, tum secundum subiiceret, ut per vocabulorum ordinem Ogdoadis ordo demonstraretur, neque tanto intervallo, velut oblitus ac denuo recordatus, Quaternionem primum ultimum in locum coniiceret. Deinde si coniugiorum mentionem facere vellet, nunquam Ecclesiae nomen praetermitteret. Sed vel ceteris etiam in paribus recensendis solos duntaxat mares nominasset, cum et ipsi similiter una intelligi possint; ut in omnibus similitudinem aequalita-

3. ἐτετηρήκει *cod. Vatic.*
4. προσβολῆς *ed. princ.*
5. τὴν *om. cod. Ven.*
6. *Ita corrigendum putavit iam olim Grabius, et ego nunc corrigo ex cod. Veneto. Vulgo extat* ἐπεζεύχθη.
7. δειχθήσεται *cod. Ven.*
8. τῆς *addidi ex cod. Ven.*
9. ἀλλὰ καὶ *cod. Ven.*

πάντων ᾗ πεφυλακὼς, [10] ἢ εἰ τῶν λοιπῶν τὰς συζύγους κατέλεγε, καὶ τὴν τοῦ Ἀνθρώπου ἂν μεμηνύκει σύζυγον, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκεν ἐκ μαντείας ἡμᾶς λαμβάνειν τοὔνομα αὐτῆς. Φανερὰ οὖν ἡ τῆς ἐξηγήσεως παραποίησις. Τοῦ γὰρ Ἰωάννου ἕνα θεὸν παντοκράτορα καὶ ἕνα μονογενῆ Χριστὸν Ἰησοῦν κηρύσσοντος, δι' οὗ τὰ πάντα γεγονέναι λέγει, τοῦτον υἱὸν θεοῦ, τοῦτον μονογενῆ, τοῦτον πάντων ποιητὴν, τοῦτον φῶς ἀληθινὸν, φωτίζοντα πάντα ἄνθρωπον, τοῦτον κόσμου ποιητὴν,
pag. 199. τοῦτον εἰς τὰ ἴδια ἐληλυθότα, τοῦτον αὐτὸν σάρκα γεγονότα [11] καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν, οὗτοι παρατρέποντες κατὰ τὸ πιθανὸν τὴν ἐξήγησιν, ἄλλον μὲν τὸν Μονογενῆ θέλουσιν εἶναι κατὰ τὴν προβολὴν, ὃν δὴ καὶ Ἀρχὴν καλοῦσιν, ἄλλον δὲ τὸν Σωτῆρα γεγονέναι θέλουσι, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον υἱὸν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ Πληρώματος προβεβλημένον. Καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἄραντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καταχρησάμενοι τοῖς ὀνόμασιν, εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν μετήνεγκαν, ὥστε κατ' αὐτοὺς ἐν τοῖς τοσούτοις τὸν Ἰωάννην τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνείαν [12] μὴ ποιεῖσθαι. Εἰ γὰρ Πατέρα εἴρηκε, καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν περὶ τῆς πρώτης Ὀγδοάδος εἴρηκεν, ἐν ᾗ οὐδέπω Ἰησοῦς, οὐδέπω Χριστὸς ὁ τοῦ Ἰωάννου διδάσκαλος. Ὅτι δὲ οὐ περὶ τῶν συζυγιῶν αὐτῶν ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ λόγον οἶδε τοῦ θεοῦ, αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. Ἀνακεφαλαιούμενος γὰρ περὶ τοῦ εἰρημένου αὐτῷ [13] ἄνω ἐν ἀρχῇ λόγου ἐπεξηγεῖται, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν οὐχ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, [14] ὅς γε οὐδὲ ἦλθέ ποτε ἐκτὸς Πληρώματος, ἀλλὰ ὁ [15] ἐκ τῆς οἰκονομίας μεταγενέστερος τοῦ Λόγου Σωτήρ.

Κεφ. λα'. Μάθετε οὖν, ἀνόητοι, ὅτι Ἰησοῦς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις τῶν Αἰώνων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας σὰρξ ἐγένετο, εἰκὸς ἦν περὶ ἄλλου εἰρηκέναι τὸν ἀπόστολον. Εἰ δὲ ὁ λόγος ὁ τοῦ πατρὸς ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς, ὁ τοῦ μόνου θεοῦ μονογενὴς υἱὸς κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐδοκίαν σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπων, οὐ περὶ ἄλλου τινὸς, οὐδὲ περὶ Ὀγδοάδος, τὸν λόγον [1] ἐμπεποίηται, ἀλλ' ἢ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος κατ' αὐτοὺς προηγουμένως σὰρξ γέγονε. Λέγουσι δὲ τὸν Σωτῆρα ἐνδύσασθαι σῶμα ψυχικὸν ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένον ἀρρήτῳ προνοίᾳ πρὸς

10. ἢ εἰ *emendatio est Billii et Petavii, quam firmat Vet. Interpres. Libri tam scripti quam editi praebent solum* εἰ.

11. καὶ ἐσκηνωκότα *verba om. cod. Ven.*

12. μὴ *particulam, quae desideratur in cod. Rhedig. et in editis libris, reposui de cod. Veneto. Petavius et Billius coniecerant* οὐ ποιεῖσθαι.

13. ἄνω ἀρχὴ λόγου *cod. Ven.*

temque servaret. Vel si reliquorum coniuges enumeraret, etiam Hominis attigisset, neque divinandi illius nominis necessitatem nobis attulisset. Est igitur minime obscura illius interpretationis calumnia. Cum enim Iohannes unum deum omnipotentem, unumque Christum Iesum illius unigenitum praedicet, per quem facta esse omnia confirmat, atque hunc esse *dei filium*, hunc *Unigenam*, hunc *conditorem omnium*, hunc *veram lucem, quae illuminat omnem hominem*, hunc *mundi fabricatorem*, hunc *qui in propria venit, qui caro factus est, et habitavit in nobis*, esse testetur, isti callida ac malitiosa interpretatione detorquentes alium productione fingunt Unigenam extitisse, quem et Principium vocant, alium Salvatorem, aliud Verbum Unigenae filium, alium Christum corrigendi caussa Pleromatis exortum. Sicque eorum quae dicuntur singula a veritate promentes ac nominibus abutentes ad usum suum opinionemque transferunt. Ex qua illorum sententia sequitur, tot in verbis Ioannem Iesu Christi mentionem ne litera quidem attigisse. Licet enim Patrem nominarit, et Gratiam, Unigenitum, et Veritatem, ac Verbum, Vitam, Hominem, et Ecclesiam, haec illi censent de prima Ogdoade esse dicta, in qua nondum Iesus, nondum Christus Ioannis magister continetur. Verum longe abesse ut de Coniugiis illis apostolus loqui voluerit, deque Christo Iesu domino nostro intelligendum esse, quod et Verbum solet appellare dei, non obscure ipse declarat. Etenim cum de Verbo illo, quod antea in principio fuisse dixerat, summatim disputata colligeret, ita pronuntiare pergit: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* At istorum opinione Verbum neque caro factum est, neque unquam a Pleromate discessit, sed Salvator quidam alius procurandae caussa salutis editus, Verboque recentior.

Quamobrem discite tandem aliquando, stulti, discite Iesum illum qui nostra caussa passus est, qui habitavit in nobis, eundem dei esse Verbum. Nam si alius ex Aeonum numero salutis nostrae gratia carnem induisset, aequum erat de alio quoque mentionem ab apostolo fieri. Sin idem Patris Verbum, quod e coelo delapsum est, eodem postliminio rediit, unius inquam ille dei unicus filius ex benevolo Patris affectu hominum caussa carne vestitus, non de alio quopiam, non de illa nescio qua Ogdoade, sed de Iesu Christo Domino nostro sermonem instituit. Neque enim Verbum isti praecipue censent carnem esse factum. Sed Salvatorem ferunt animale quoddam induisse corpus, quod incarnatione ipsa inexplicabili sapientia consti- Cap. XXXI.

14. ὥστε οὐδὲ *cod. Ven.*

15. ἐκ *praepositionem, quae desideratur in reliquis, adieci ex cod. Veneto. Vet. Interpres habet* sed qui ex omnibus factus est. *Unde Billius rescribendum esse putavit* ὁ ἐκ πάντων γεγονώς *cett.*

Cap. XXXI. — 1. πεποίηται *cod. Ven.*

24 *

τὸ ὁρατὸν γενέσθαι καὶ ψηλαφητόν. Σάρξ δέ ἐστιν ἡ ἀρχαία ἐκ τοῦ χοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἡ γεγονυῖα πλάσις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἣν ἀληθῶς γεγο-
pag. 200. νέναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐμήνυσεν ὁ Ἰωάννης. Καὶ λέλυται αὐτῶν ἡ πρώτη καὶ ἀρχέγονος Ὀγδοάς. Ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ δεικνυμένου Λόγου, καὶ Μονογενοῦς, καὶ Ζωῆς, καὶ Φωτὸς, καὶ Σωτῆρος, καὶ Χριστοῦ, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, λέλυται ἡ τῆς Ὀγδοάδος σκηνοπηγία· ταύτης δὲ λελυμένης διαπέπτωκεν αὐτῶν πᾶσα ἡ ὑπόθεσις, [2] ἣν ψευδῶς ὀνειρώττοντες κατατρέχουσι τῶν γραφῶν, ἰδίαν ὑπόθεσιν ἀναπλασάμενοι· ἔπειτα λέξεις καὶ ὀνόματα σποράδην κείμενα συλλέγοντες μεταφέρουσι, καθὼς προειρήκαμεν, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅμοια ποιοῦντες τοῖς ὑποθέσεις τὰς τυχούσας αὐτοῖς προβαλλομένοις, ἔπειτα πειρωμένοις ἐκ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων μελετᾶν αὐτὰς, ὥςτε τοὺς ἀπειροτέρους δοκεῖν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἐξ ὑπογυίου μεμελετημένης ὑποθέσεως Ὅμηρον τὰ ἔπη πεποιηκέναι, καὶ πολλοὺς συναρπάζεσθαι διὰ τῆς τῶν ἐπῶν συνθέτου ἀκολουθίας, μὴ ἄρα ταῦθ' οὕτως Ὅμηρος εἴη πεποιηκώς. [3] Ὡς ὁ τὸν Ἡρακλέα ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν ἐν τῷ Ἅιδῃ κύνα πεμπόμενον διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων οὕτως (οὐδὲν γὰρ κωλύει παραδείγματος χάριν ἐπιμνησθῆναι καὶ τούτων, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης ἐπιχειρήσεως τοῖς ἀμφοτέροις)·

Ὣς εἰπὼν ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα
Φῶθ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπιΐστορα ἔργων,
Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο,
Ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο.
Βῆ ῥ' ἴμεν, ὥςτε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθὼς,
Καρπαλίμως ἀνὰ ἄστυ, φίλοι δ' [4] ἅμα πάντες ἕποντο,
Νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες,
Οἶκτρ' ὀλοφυρόμενοι, ὡςεὶ θάνατόνδε κιόντα.
Ἑρμείας δ' ἀπέπεμπεν, ἰδὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἤιδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

Τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπανούργων συναρπαγείη ὑπὸ τῶν ἐπῶν τούτων καὶ νομίσειεν οὕτως [5] αὐτὰ Ὅμηρον ἐπὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως [6] πεποιη-
pag. 201. κέναι; Ὁ δ' ἔμπειρος τῆς Ὁμηρικῆς ὑποθέσεως [7] ἐπιγνώσεται, εἰδὼς ὅτι τὸ μέν τι αὐτῶν ἐστι περὶ Ὀδυσσέως εἰρημένον, τὸ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἡρακλέως, τὸ δὲ περὶ Πριάμου, τὸ δὲ περὶ Μενελάου καὶ Ἀγαμέμνονος. Ἄρας δὲ αὐτὰ, καὶ ἓν ἕκαστον ἀποδοὺς [8] τῇ ἰδίᾳ, ἐκποδὼν ποιήσει [9] τὴν ὑπόθεσιν. Οὕτω δὲ καὶ [10] ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας

2. ἣν πᾶς ἀψευδῶς *cod. Ven.*
3. ὡς ὁ *non habet cod. Ven.*
4. ἅμα *codd. Ven. Rhedig. Paris. Vulgo extat* ἀνὰ.
5. αὐτὰ εἰπεῖν Ὅμηρον *cod. Ven.*
6. πεποιηκέναι — — ὑποθέσεως *om. cod. Ven.*
7. ἐπεὶ γνώσεται *cod. Ven. Vet. Interpres cum habeat* cognoscet quidem versus, argumentum autem non cognoscet

tutum est, ut videri contrectarique posset. Ceterum caro vetus illud opus dei est, iam tum ab Adami temporibus ex humo formatum, quam dei Verbum fuisse verissime Ioannes prodidit. Ita prima illorum et antiquissima Ogdoas in nihilum recidit. Quoniam enim uni eidemque convenire monstratum est, ut et Unigenitus, et Vita, et Lumen, et Salvator, et Christus, et Dei filius esset, et is ipse nostra caussa carnem indueret, tota illa Ogdoadis fabula dilapsa concidet. Qua discussa universam ruere pariter dogmatum illorum structuram necesse est, quam illi sibi velut per somnium effingentes sacras literas depravant, dum eas ad argumentum suum accommodare student. Deinde sparsas dictiones ac vocabula passim reperta colligentes ab nativo sensu et proprio in alienum, ut diximus, per vim transferunt. Quemadmodum ii faciunt qui qualibet materia proposita, depromptis ex Homero versibus, sic eam tractant atque expoliunt, ut imperitis persuadeant de recenti illo suo argumento Homerum ista cecinisse, ac plerisque series ipsa carminum ac contextus imponat, quasi haec in eum modum fuerint ab Homero digesta. Sic ille nescio quis, qui Herculem ab Eurystheo ad infernum canem extrahendum missum Homericis versibus ita descripsit (nihil enim exempli gratia prohibet ista commemorari, cum par idemque sit amborum institutum):

Sic ait, et tectis gemebundum extrusit ab altis Od. κ, 76.
Magnanimum Alciden, factorum laude potentem Od. φ, 26.
Perseïdae Eurystheus Stheneli clarissima procles, Il. τ, 123.
Infernum ut superas custodem efferret in auras. Il. ϑ, 368.
Ergo ille intrepidus montani more leonis Od. ζ, 15.
Urbe ruens tota sociis comitantibus ibat; Il. ω, 327.
Hunc iuvenes miserique senes castaeque puellae Od. λ, 38.
Deducunt longo gemitu, ceu morte propinqua. Il. ω, 328.
Tum se Mercurius comitem cum Pallade iungit, Od. λ, 625.
Quam non fraterni casus curaeque latebant. Il. β, 409.

Quem non simplicem minimeque malum hominem versus isti decipiant, ut eos quemadmodum audit, de hoc argumento ab Homero scriptos assentiatur? At qui Homeri lectione tritus est, facile ista discernet, nec ignorabit horum partim de Ulysse dicta, partim de Hercule, partim ad Priamum, partim ad Menelaum et Agamemnonem pertinere. Quibus inde translatis ac suo loco restitutis totum illud opus dissolvet. Sic omnino, qui veritatis regulam neutram in

legisse videtur plenius ἐπιγνώσεται μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγνώσεται.
8. *Vet. Interpres:* et unumquemque suo libro reddiderit.
9. *Vet. Interpres* praesens argumentum *vertit.*
10. ὁ *om. cod. Ven.*

ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἴληφε, τὰ μὲν ἐκ τῶν γραφῶν ὀνόματα καὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται, τὴν δὲ βλάσφημον ὑπόθεσιν ταύτην οὐκ ἐπιγνώσεται. Καὶ γὰρ εἰ τὰς ψηφῖδας γνωρίσει, ἀλλὰ τὴν ἀλώπεκα ἀντὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος οὐ παραδέξεται· ἓν ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ τάξει καὶ προσαρμόσας τῷ τῆς ἀληθείας [11] σωματίῳ γυμνώσει, καὶ ἀνυπόστατον ἐπιδείξει τὸ πλάσμα αὐτῶν.

Κεφ. λβ'. [1] Ἐπειδὴ τῇ σκηνῇ ταύτῃ [2] λείπει ἡ ἀπολύτρωσις, ἵνα τις τὸν μῖμον [3] αὐτῶν περαιώσας τὸν ἀνασκευάζοντα λόγον [4] ἐπενέγκῃ, καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον ἐν οἷς οἱ πατέρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ [5] μύθου διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες. Καὶ ἐκ τούτου γὰρ [6] ἀκριβέστατα συνιδεῖν ἔσται, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως, βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παραπεποιημένην ψευδηγορίαν. Ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς θαλάσσας καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν, καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας καὶ [7] τὴν ἔλευσιν καὶ τὴν [8] ἐκ παρθένου γέννησιν καὶ τὸ πάθος καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, [9] ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ θεῷ καὶ σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς τοῦ ἀοράτου
pag. 202. πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται, τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας καὶ ἀγγέλους, τοὺς παραβεβηκότας καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ, τοῖς δὲ δικαίοις καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς [10] δὲ ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος ἀφθαρσίαν δωρήσηται καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

11. σωματίῳ *scripsi cum Grabio. Libri habent* σωματείῳ.

CAP. XXXII. — 1. Ἐπειδὴ δὲ *coniecit Billius*, Ἐπεὶ δὴ *vel* Ἐπεὶ δὲ *Grabius et Massuetus. Vet. Interpres habet:* Quoniam autem scenae huic deest *cett.*

2. λείπῃ *cod. Ven.*

3. *Ita cod. Ven., conspirans cum Vet. Interprete qui habet* ipsorum. *Vulgo enim extat* αὐτόν.

4. *Ita corrigendum erat secundum Vet. Interpr., et cod. Ven., qui habet* ἐπενέγκει.

partem inflexam, quam in baptismo acceperit, apud se retineat, deprompta sacris e literis vocabula ac dictiones et parabolas agnoscat, contumeliosum hoc vero in deum argumentum repudiet, atque in tesserulas animadvertet, nunquam ut vulpeculam pro imperatoris effigie obtrudi sibi patiatur, verum unumquodque eorum quae dicta sunt ordini suo reddens, ac veritatis velut corpori accommodans, illorum nugas detegat atque inanes esse demonstret.

Postremo quia iam velut in scena peracto fabulae exodio dimittendi tempus est, consultum fore duximus, si ad illorum confutandum errorem aliquid subiiceremus. Sed prius tamen ostendendum illud est, quibus in rebus fabulae illius auctores a se invicem dissideant, quos diversi velut falsitatis spiritus contrarias in partes abripiunt. Hoc enim ex capite vel citra probationem ullam certissime constabit, cum solidam ac stabilem esse veritatem illam, quam ecclesia praedicat, tum adulterinam ac mendacem illorum esse doctrinam. Siquidem ecclesia toto licet orbe ad extremos usque terrarum limites dispersa, cum ab apostolis eorumque discipulis fidem acceperit in unum deum patrem omnipotentem, qui coelum terramque ac maria cum universis quae in illis comprehensa sunt condidit, et in unum Iesum filium dei, qui pro nostra salute carnem induit, atque in spiritum sanctum, qui omnem illam unice dilecti Christi Iesu domini nostri administrationem et adventum ortumque de virgine per prophetas praenuntiavit, nec non et perpessionem ac resurrectionem, et in coelum ascensionem cum corpore, futurumque olim indidem paterna cum maiestate descensum, ut in summam velut universa contrahat, et omnium hominum corpora revocet ad vitam, atque ut Christo Iesu domino nostro ac deo et salvatori regique de illius qui videri non potest, voluntate patris, *Omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis ipsum lingua confiteatur*, utique rectum in omnes iudicium exerceat, ac spiritalia nequitiae, hoc est desertores angelos ac rebelles, et impios omnes ac sceleratos et facinorosos, ac contumeliosos in deum homines sempiternis flammis addicat, iustis vero sanctisque, qui mandata sua diligenter observaverint et in eius caritate sive iam inde ab initio, sive post poenitentiam perseveraverint, vitam immortalitatemque largiatur, atque aeternam illis gloriam impertiat.

Cap. XXXII.

Eph. 1, 10.

Phil. 2, 10.

Vulgata scriptura est ἐπενεγκεῖν.
5. *Ita cod. Ven. Vulgo* θυμοῦ.
6. ἀκριβέστατα *codd. Ven. et Vatic. Vulgo* ἀκριβῶς.
7. τὴν ἔλευσιν *restitui ex cod. Ven. et Vet. Interprete. Vulgo* τὰς ἐλεύσεις.
8. ἐκ τῆς παρθένου *cod. Vatic.*
9. ἐπὶ δὲ τὸ *cod. Ven.*
10. δὲ καὶ ἐκ *cod. Vatic.*

Κεφ. λγ'. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα, καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει καὶ διδάσκει καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. [1] Καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι· ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή, καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβερίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥςπερ ὁ ἥλιος τὸ κτίσμα τοῦ θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός, οὕτω καὶ [2] τὸ φῶς, τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῇ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προεστώτων ἕτερα τούτων ἐρεῖ (οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον), οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. Μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησε. Τὸ δὲ πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινὰς οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν ἀλλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημιουργὸν καὶ ποιητὴν καὶ τροφέα τοῦ δὲ τοῦ παντός, ὡς μὴ ἀρκουμένους [3] τούτῳ, ἢ ἄλλον Χριστόν, ἢ ἄλλον Μονογενῆ, ἀλλὰ ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται [4] προσεπεξεργάζεσθαι καὶ συνοικειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει, καὶ ἐν τῷ τήν τε πραγματείαν καὶ οἰκονομίαν
pag. 203. τοῦ θεοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι [5] γινομένην ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων σαφηνίζειν, καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, καὶ τὰ μὲν οὐράνια, καὶ τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς θεὸς πεποίηκεν ἀπαγγέλλειν, καὶ διὰ τί ἀόρατος ὢν ἐφάνη τοῖς προφήταις ὁ θεός, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλως ἄλλοις συνιεῖν, καὶ διὰ τί διαθῆκαι πλείους γεγόνασι τῇ ἀνθρωπότητι μηνύειν, καὶ τίς ἑκάστης τῶν διαθηκῶν ὁ χαρακτὴρ διδάσκειν, καὶ διὰ τί συνέκλεισε πάντα εἰς ἀπείθειαν ὁ θεός, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ, ἐξερευνᾶν, καὶ διὰ τί ὁ λόγος τοῦ θεοῦ σὰρξ ἐγένετο καὶ ἔπαθεν εὐχαριστεῖν, καὶ διὰ τί ἐπ ἐσχάτων [6] τῶν καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ τέλει ἐφάνη ἡ ἀρχή, ἀπαγγέλλειν, καὶ περὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀναπτύσσειν, καὶ

Cap. XXXIII. — 1. *Ita omnes libri. Cum Grabio rescribendum videtur* Κἂν γάρ.

2. τὸ φῶς τὸ κήρυγμα *restitui ex auctoritate cod. Veneti et Vet. Interpretis, qui habet* sic et lumen, praedicatio veritatis *cett.*

3. τούτῳ *restitui ex cod. Veneto. Vulgo extat* τούτους.

4. προσεπεξεργάζεσθαι καὶ συνοικειοῦν *cod. Ven.* προσεπεργάζεσθαι καὶ οἰκειοῦν *reliqui libri.*

5. γενομένην, *uti correxit Billius secundum Vet. Interpr., habet cod. Paris.*

Cum igitur ecclesia doctrinam eiusmodi fidemque, uti diximus, acceperit, eam vel orbe toto diffusa studiose conservat, quasi in una quadam domo habitans, ac similiter omnibus illis assentitur, tanquam anima una eodemque corde praedita, eademque concordissime sic, quasi unum os habeat, docet ac praedicat. Etenim tametsi hominum linguae sint dissimiles, eadem tamen traditae doctrinae vis est ubique; neque aut constitutae in Germania ecclesiae credunt aliter ac suos perdocent, aut quae in Hispaniis ac Galliis aut ad Orientem, aut in Aegypto vel Libya mediove orbe stabilitae. Sed quemadmodum sol nobilissimum dei opus unus in toto mundo atque idem est semper, sic veritatis praedicatio ubique terrarum illucescit, ac mortales omnes illustrat, qui quidem illius ad notitiam pervenire voluerint. Adeo ut neque is qui inter ecclesiarum antistites dicendi facultate pollet, ab illis diversa profiteatur (nemo enim est praeceptore suo superior), neque qui infans est et indisertus, de tradita sibi disciplina quicquam diminuat. Quoniam enim una est eademque fides, neque qui de ea copiose potest dicere plus aliquid obtinet, neque minus, qui pauca duntaxat eloqui potest. Quod autem plus minusve nonnulli intelligentia ac scientia consequantur, nihil hoc ad immutandam doctrinam pertinet; neque idcirco deum alium praeter conditorem excogitant atque huius universitatis artificem et altorem, quasi minime sint altero illo contenti, neque alium Christum. neque porro Unigenitum alium. Sed in id duntaxat illorum elaborat industria, ut quae aenigmatum quibusdam involucris obtecta sunt expoliant atque explicent, et ad communis fidei institutum accommodent, sive ut divinum illud in hominum salute procuranda negotium administrationemque omnem exponant, idque ipsum declarent, quomodo illam rebellium spirituum defectionem hominumque contumaciam deus patientissime tulerit, quid caussae sit cur unus idemque deus alia temporaria, alia sempiterna fecerit, itemque coelestia quaedam, alia terrena, cur qui oculis aspici nequit, prophetis non una specie visendum se praebuerit, sed aliis alio modo quae vellet significaverit, cur testamenta plura sint hominibus condita, quaeve utriusque notae ac propria veluti lineamenta sint: ut illud etiam inquirant, cur omnia deus perduellione concluserit, ut omnium misereri posset, atque ob id insuper gratias agant, quod Verbum dei caro factum ac supplicio est affectum, illud etiam edisserant, cur in extrema tempora Filii dei adventus inciderit, hoc est cur omnium sese principium in fine prodiderit: ad haec de mundi exitu futurisque rebus quaecumque sacris reperiuntur in libris, excutiant, nec illud taceant, cur despe- Cap. XXXIII.

6. τῶν *om. cod. Ven.*

[7] ἔτι ὅτι τὰ ἀπεγνωσμένα ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ θεὸς μὴ σιωπᾶν, καὶ πῶς τὸ θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν, διαγγέλλειν, πῶς τε ἐρεῖ, Ὁ οὐ λαὸς λαὸς, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη ἠγαπημένη, καὶ πῶς πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, κηρύσσειν. Ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ ἀπόστολος· Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν μητέρα τούτων καὶ [8] αὐτοῦ Ἐνθύμησιν Αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας οὐδὲ τὸ ὑπὲρ ταύτην πάλιν Πλήρωμα [9] τότε μὲν ἕνα, νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον Αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι, τῆς οὔσης ἐκκλησίας [10] πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον, καθὼς προέφαμεν.

Κεφ. λδ'. Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην δύο που καὶ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς [1] πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἀπὸ
pag. 201. τῆς λεγομένης Γνωστικῆς αἱρέσεως τὰς ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος οὕτως [2] ἐξαφόρισεν, ὁρισάμενος εἶναι Δυάδα ἀνονόμαστον, ἧς τὸ μέν τι καλεῖσθαι Ἄρρητον, τὸ δὲ Σιγήν. Ἔπειτα ἐκ ταύτης Δυάδος δευτέραν Δυάδα προβεβλῆσθαι, ἧς τὸ μέν τι Πατέρα ὀνομάζει, τὸ δὲ Ἀλήθειαν. Ἐκ δὲ τῆς Τετράδος ταύτης καρποφορεῖσθαι Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν· εἶναί τε ταύτην Ὀγδοάδα πρώτην. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς δέκα δυνάμεις λέγει προβεβλῆσθαι, καθὼς προειρήκαμεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας δώδεκα, ὧν μίαν ἀποστᾶσαν καὶ ὑστερήσασαν τὴν λοιπὴν πραγματείαν πεποιῆσθαι. Ὅρους τε δύο ὑπέθετο, ἕνα μὲν μεταξὺ τοῦ Βυθοῦ καὶ τοῦ λοιποῦ Πληρώματος, διορίζοντα τοὺς γενητοὺς Αἰῶνας ἀπὸ τοῦ ἀγενήτου Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὸν ἀφορίζοντα [3] αὐτῶν τὴν Μητέρα ἀπὸ τοῦ Πληρώματος. Καὶ τὸν Χριστὸν δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Πληρώματι Αἰώνων προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς Μητρὸς ἔξω γενομένης κατὰ τὴν γνώμην τῶν κρειττόνων ἀποκεκυῆσθαι μετὰ σκιᾶς τινος. Καὶ τοῦτον μὲν, ἅτε ἄρρενα ὑπάρχοντα, ἀποκόψαντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν, ἀναδραμεῖν εἰς τὸ Πλήρωμα, τὴν δὲ Μητέρα ὑπολειφθεῖσαν μετὰ τῆς σκιᾶς, κεκενωμένην τε τῆς πνευματικῆς ὑποστάσεως, ἕτερον υἱὸν [4] προενέγκασθαι, καὶ τοῦτον εἶναι

7. ἔτι ὅτι *reposui ex cod. Veneto, cum vulgati libri teneant* τί ὅτι.

8. αὐτὸν *cod. Ven. Cf. Grabium ad Vet. Interpretem, qui habet* Sed non in eo, ut supra creatorem et fabricatorem matrem eius et illorum, Enthymesin Aeonis errantis adinvenires.

9. τότε μὲν ἕνα *cod. Ven.* τὸ μὲν ἕνα

ratae prius gentes in idem cum sanctis ius hereditatis ac veluti corpus et societatem a deo fuerint ascitae: qui fieri possit ut mortalis ista caruncula immortalitatem, et corruptibile hoc incorruptionem induat, aut quemadmodum dicturus sit, *Non populus populus erit, et non dilecta dilecta*, quomodo *Plures desertae, quam virum habentis sint filii.* Nam de his ac similibus exclamat apostolus: *O altitudo divitiarum ac sapientiae, et scientiae dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!* Non id autem agunt, ut supra Creatorem ac Conditorem horum Matrem ac vagi Aeonis Cogitationem male comminiscantur, ac tam insignem deo contumeliam faciant, neque ut Pleroma nescio quod illa superius modo XXX duntaxat Aeonibus definiant, modo infinitam illorum nationem constituant, ut egregii illi magistri ac divina plane scientia destituti faciunt, cum una eademque sit, ut diximus, toto orbe germanae ecclesiae fides.

1. Corinth. 15, 54. Osc. 2, 23. Rom. 9, 25. Esai. 54, 1. Galat. 4, 27. Rom. 11, 33.

Cap. XXXIV.

Age vero videamus modo quanta sit duorum vel trium istorum inconstantia, atque de iisdem non eadem pronuncient, sed et rebus ipsis et vocabulis a se invicem dissentiant. Etenim qui a Gnosticorum haeresi deprompta quaedam initia primus peculiaris ad sectae formam transtulit, Valentinus ita definiit: Binarium quendam sine nomine constituit, ex Arrheto et Sige constantem. Ab hoc secundum propagatum esse Binarium, quo Pater ac Veritas continetur. Tum ex Quaternario Verbum et Vitam, Hominem, Ecclesiamque prodiisse; hanc esse primam Ogdoadem. Inde ex Verbo ac Vita decem profluxisse Virtutes, quas antea retulimus: ab Homine et Ecclesia duodecim; a quibus una deficiens ordinemque deserens reliquum omne opus absolvit. Adiecit et Horos duos, alterum qui Bythum inter ac Pleroma reliquum intercedit et genitos Aeonas ab Ingenito Patre dirimit, alterum qui Matrem illorum a Pleromate secernit. Christum porro non a Pleromatis Aeonibus editum, sed ab extorri Matre ex meliorum recordatione cum quadam umbra procreatum. Eundemque, cum esset masculus, abiecta a semet umbra ad Pleroma recurrisse, Matrem vero cum umbra relictam ac spiritali substantia exhaustam alium procreasse filium, videlicet Conditorem, cui in

reliqui libri. τότε μὲν λ̄ (*vel* τριάκοντα) *emendari voluerunt Fronto Ducaeus, Billius, Grabius.*

10. πάσης *desideratur in cod. Ven.*

Cap. XXXIV. — 1. ὀνόμασιν καὶ τοῖς πράγμασιν *cod. Ven. Eundem verborum ordinem tenet Vet. Interpres.*

2. ἐξαφόρισεν *restitui meo periculo secutus corruptam magis cod. Venet. scripturam, in quo legitur* ἐξηφόρησεν, *quam vulgatam* ἐξηροφόρησεν. *Vet. Interpres habet* Qui enim est primus ab ea quae dicitur Gnostica haeresis, antiquas in suum characterem doctrinas transferens Valentinus sic definivit: dualitatem *cett.*

3. αὐτῶν *cod. Ven. faciens cum Vet. Interprete. Vulgo extat* αὐτῷ.

4. προσενέγκασθαι *cod. Ven.*

τὸν Δημιουργὸν, ὃν καὶ Παντοκράτορα λέγει τῶν [5] ὑποκειμένων· [6] συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ καὶ [7] ἀρίστερον ἄρχοντα ἐδογμάτισεν, ὁμοίως τοῖς ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν [8] ψευδωνύμως Γνωστικοῖς. Καὶ τὸν Ἰησοῦν ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ συσταλέντος ἀπὸ τῆς Μητρὸς αὐτῶν, συναναχυθέντος τοῖς ὅλοις, προβεβλῆσθαί [9] φησι, τουτέστι τοῦ Θελητοῦ, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναδραμόντος εἰς τὸ Πλήρωμα, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας φησὶ προβεβλῆσθαι εἰς ἀνάκρισιν καὶ καρποφορίαν τῶν Αἰώνων, ἀοράτως εἰς αὐτοὺς εἰσιόν· δι' οὗ τοὺς Αἰῶνας καρποφορεῖν τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας.

[10] ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΤΑ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΩΝ.

Κεφ. λε'. Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ προειρημένος ἀνὴρ πρεσβύτης pag. 205. Εἰρηναῖος, ὁ κατὰ πάντα ἐκ πνεύματος ἁγίου κεκοσμημένος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὑπὸ τοῦ κυρίου προβεβλημένος, καὶ ἐπαλειφθεὶς τοῖς ἐπουρανίοις χαρίσμασι τοῖς κατὰ τὴν ἀληθινὴν πίστιν καὶ γνῶσιν, καταπαλαίσας τε καὶ καταγωνισάμενος τὴν πᾶσαν αὐτῶν ληρώδη ὑπόθεσιν διεξῆλθε κατὰ λόγον τὰ ὑπ' αὐτῶν κενοφωνούμενα. Ἀκρότατα δὲ αὐτοὺς ἐν τῷ ἑξῆς δευτέρῳ αὐτοῦ λόγῳ καὶ τοῖς ἄλλοις διήλεγξε, περιττοτέρως βουλόμενός πως τὸν χαμαὶ ῥιφέντα καὶ εἰς ἧτταν τραπέντα σῦραι, καὶ ἐνώπιον πάντων θριαμβεῦσαί τε καὶ φωράσαι τὴν ἐν αὐτῷ τῷ ῥιφέντι ἀναίσχυντόν τε καὶ ἀσθενῆ προὔκλησιν ματαιοφροσύνης. Ἡμεῖς δὲ ἀρκεσθέντες τοῖς τε παρ' ἡμῶν λεχθεῖσιν ὀλίγοις, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας συγγραφέων τούτων λεχθεῖσί τε καὶ συνταχθεῖσι, καὶ ὁρῶντες ὅτι ἄλλοι πεπονήκασι, φημὶ δὲ Κλήμης, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ἄλλοι πλείους, οἳ καὶ θαυμαστῶς τὴν κατ' αὐτῶν πεποίηνται ἀνατροπὴν, οὐ πάνυ τι τῷ καμάτῳ προσθεῖναι, ὡς προεῖπον, ἠθελήσαμεν, ἱκανωθέντες τοῖς προειρημένοις ἀνδράσι, καὶ αὐτὸ τοῦτο διανοηθέντες, ὅτι παντὶ συνετῷ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτῶν λόγων ἡ ἀνατροπὴ αὐτῶν κατ' αὐτῶν φανήσεται.

Κεφ. λς'. Πρῶτον μὲν, ὅτι διάφορα παρ' αὐτοῖς τὰ φρονήματα, καὶ ἕτερος τὰ [1] τοῦ ἑτέρου καταλύειν ἐπαγγέλλεται· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀσύστατα τὰ παρ' αὐτοῖς μυθοποιήματα, οὔτε που γραφῆς εἰπούσης, οὔτε τοῦ Μωϋσέως νόμου, οὔτε τινὸς προφήτου τῶν μετὰ Μωϋσέα, ἀλλ' οὔτε τοῦ σωτῆρος, οὔτε τῶν αὐτοῦ εὐαγγελιστῶν, ἀλλ' οὔτε μὴν τῶν ἀποστόλων.

5. ὑποκειμένων αὐτῷ *voluerunt restitui ad Vet. Interpr. Non opus est.*
6. προβεβλῆσθαι *cod. Ven.*
7. *Ita cod. Ven. et Vet. Interpres. Vulgo* ἄριστον.
8. ψευδωνύμοις *cod. Ven.*
9. *Ita codd. (Ven.?) Rhedig. Paris. et ed. princ. Etiam Vet. Interpres vertit* di*cit. Petavius edidit* φασι.

omnia, quae quidem ipsi subiecta sunt, dominatum ac potestatem tribuunt. Cum hoc et alium productum esse sinistrum Principem arbitratus est; perinde ut Gnostici illi, falso ita dicti, de quibus postea dicemus. Iesum porro nonnunquam a Theleto illo genitum affirmat, qui ab ipsorum Matre contractus unaque cum universitate profusus est, interdum ab eo, qui se ad Pleroma receperit, scilicet Christo. Alias a Christo et Ecclesia. Spiritum denique sanctum ab Ecclesia originem traxisse putat, et ad examinandos ac fecunditate donandos Aeonas editum, cum in illos ita subiisset, ut aspici nullo modo posset; cuius adeo ipsi beneficio veritatis stirpes emittunt.

HACTENUS IRENAEUS CONTRA VALENTINIANOS.

Haec atque his similia optimus ille senex Irenaeus totidem verbis de vanissimis illorum opinionibus disseruit, vir omnino spiritus sancti donis instructissimus, ac tanquam fortis athleta productus a domino, et coelestibus ornamentis, ut ita dixerim, ad certamen perunctus, qui sincerae fidei ac scientiae praesidiis omnia illorum prostravit evertitque mendacia. Quod in secundo libro ac sequentibus aliis potissimum perfecit, ubi illos uberiore stylo confutavit, cum velut humi abiectum ac superatum adversarium trahere, ac quodammodo triumphare visus est velle, et profligati nugatoris impudentem magis quam fortem ad provocandum audaciam palam omnibus detegere. Nos autem partim iis, quae a nobis breviter sunt disputata, partim quae ab aliis sinceris id genus scriptoribus elucubrata sunt, contenti, cum nonnullos quoque videamus de hoc argumento scripsisse, praesertimque Clementem, Irenaeum et Hippolytum, aliosque complures, qui admirabili quadam facultate illorum dogmata refutarunt, non multum in eo, ut dictum est, elaborare studuimus, satis superque illorum opera factum arbitrati, idque ipsum apud nos existimantes, neminem esse paululum intelligentem cui vel ex ipsis illorum libris ac dogmatibus non ea facile occurrant quae ad illos refellendos idonea sint. Cap. XXXV.

Imprimis quod opinionum a se invicem varietate dissentiant, alterque alterius decreta convellere sese profiteatur: deinde quod tales sint illorum fabulae, ut cohaerere nullo modo possint, cum neque in sacris literis, nec in Mosis lege, neque apud Mose recentiores prophetas illarum extet ulla mentio, neque a salvatore quicquam, vel eius evangelistis, aut denique apostolis de iisce sit proditum. Cap. XXXVI.

10. Πεπλήρωται τὰ τοῦ Εἰρηναίου. Καὶ *cett. cod. Ven.*

Cap. XXXVI. — 1. τοῦ *Petavius adiecit ex cod. Vatic.*

Εἰ γὰρ ταῦτα ἀληθινὰ ὑπῆρχεν, ὁ ἐλθὼν φωτίσαι τὴν οἰκουμένην κύριος, καὶ πρὸ αὐτοῦ οἱ προφῆται, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἀπόστολοι, οἱ ἐλέγξαντες τὴν εἰδωλολατρείαν, πᾶσάν τε παράνομον πρᾶξιν, καὶ μὴ δειλιάσαντες γράφειν κατὰ πάσης παρανόμου διδασκαλίας καὶ ἐναντιότητος, σαφῶς ἂν τὰ τοιαῦτα ἡμῖν κατήγγελλον. Καὶ μάλιστα αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος λέγοντος ὅτι, Τοῖς μὲν ἔξω ἐν παραβολαῖς, ὑμῖν δὲ τὰς παραβολὰς εἰς ἐπίλυσιν βασιλείας οὐρανῶν ῥητέον. Ὅσας γοῦν ἐν εὐαγγελίοις παραβολὰς εἴρηκεν, εὐθὺς ἐπιλύσας φαίνεται. Ἀμέλει φησὶ καὶ τίς ὁ κόκκος τοῦ [2] σινάπεως, καὶ τίς ἡ ζύμη, καὶ τίς βαλοῦσα τὴν ζύμην εἰς τὰ τρία σάτα, τίς ὁ ἀμπελὼν, τίς ἡ συκῆ, τίς ὁ σπορεὺς, τίς ἡ καλλίστη γῆ· καὶ μάτην οὗτοι ἐνθουσιῶνται ὑπὸ δαιμόνων ἐλαυνόμενοι. Περὶ ὧν φησιν ὁ ἁγιώτατος ἀπόστολος Παῦλος, Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς διδασκαλίας, προσέχοντες μύθοις καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων. Καὶ πάλιν ὁ ἅγιος Ἰάκωβος λέγων περὶ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ὅτι, Οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἡ αὐτὴ σοφία κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης· ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνικὴ, εὐπειθὴς, ἀδιάκριτος, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἧς οὐδὲ εἷς καρπὸς ἐν τοῖς προειρημένοις εὑρίσκεται. Παρ' αὐτοῖς γὰρ ἀκαταστασία, καὶ πᾶν παράνομον πρᾶγμα, δαιμόνων τε κυήματα καὶ συρίγματα δρακόντων, ἄλλοτε ἄλλως καὶ ἄλλο ἑκάστου αὐτῶν λαλοῦντος· παρ' οἷς οὐκ ἔλεος, οὐκ οἶκτος εὑρίσκεται, ἀλλὰ διακρίσεις καὶ διαφοραὶ, καὶ οὐδαμοῦ ἁγνεῖαι, οὐδαμοῦ εἰρήνη, οὐδαμοῦ [3] ἐπιείκεια.

pag. 206.

Κεφ. λζ'. *Βούλομαι δὲ πάλιν ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, εἰ καὶ παύσασθαι ὑπεσχόμην, ὀλίγων τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρημένων μνημονεύσας ἀνατρέψαι. Οὐ γὰρ τοῦ κατὰ τέχνην μοι λόγου μέλει, ἀλλὰ τῆς τῶν ἐντυγχανόντων ὠφελείας. Λέγουσι τοίνυν ὅτι ὁ δωδέκατος Αἰὼν ὁ ἐν ὑστερήματι γενόμενος παντελῶς τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα ἐξέπεσε, καὶ ἀπόλλυται ὁ ἀριθμὸς ὁ δωδέκατος. Τοῦτο δέ φασι γεγενῆσθαι τῷ τὸν Ἰούδαν ὄντα δωδέκατον ἐκπεπτωκέναι, καὶ οὕτω τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν ἠφανίσθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς αἱμορροούσης, καὶ τῆς τὴν μίαν δραχμὴν ἀπὸ τῶν δέκα δραχμῶν ἀπολεσάσης. Δείκνυται δὲ ὅτι οὔτε ὁ δωδέκατος Αἰὼν πρόσωπον Ἰούδα ἔχειν δυνήσεται, ὡς τῷ ἁγιωτάτῳ Εἰρηναίῳ προείρηται. Ἰούδας μὲν γὰρ παντελῶς ἀπόλωλεν, [1] ὁ δωδέκατος λεγόμενος Αἰὼν κατὰ τὸ αὐτῶν πλάσμα οὐκ ἐκενώθη. Ἔστη γὰρ ἐνώπιον αὐτοῦ ὁ Μεταγωγεὺς, ἢ ὁ Ὁροθέτης, φήσας πρὸς αὐτὸν,*

2. σινάπεος ed. princ. 3. ἐπιείκια ed. princ.

Nam si veritati illa consentanea forent, certe dominus, qui ad illuminandum orbem venerat, et ante illum prophetae, tum apostoli, qui falsorum deorum superstitionem ac flagitiorum scelerumque genus omne redarguerunt, nec impiam omnem contrariamque doctrinam scriptis suis profligare sunt veriti, illi inquam aperte nobis illa significassent; praesertim cum salvator ita ipse dixisset: *Ceteris quidem* Luc. 8, 10.
in parabolis, vobis autem parabolae ad regni coelestis enarrationem edisserendae sunt. Quocirca quaecumque in evangelio parabolae ab eo propositae sunt, statim illarum sensum aperuisse videtur. Nam et granum sinapis quid sibi vellet exposuit, quid fermentum, quaeve mulier esset illa quae in tria farinae sata fermentum immiserit, quid illa vitis ac ficus, quis ille qui seminat, quaeve optima sit terra. Itaque frustra illi caeco daemonis impetu conciti rapiuntur; de quibus merito sanctus Paulus ita loquitur: *Novissimis temporibus aver-* 1. Tim. 4, 1.
tent se quidam a doctrina, intendentes fabulis, et doctrinis daemonum. Cui et Iacobus adstipulatur, de eiusmodi dogmatibus ita loquens: *Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, anima-* Iac. 3, 15.
lis, diabolica. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis etc. cuius ne minimus quidem in his quos commemoravimus fructus cernitur. Quippe apud illos inconstantia ac nefaria omnia facinora, daemonumque fetus et serpentum sibili reperiuntur. Aliter aliis temporibus, atque aliud unusquisque praedicat. Nulla illic misericordia vel clementia, sed dissensiones ac discordiae, nulla usquam castimonia, nulla pax, aequitas animi nulla.

Ac mihi sane libet, quoniam ad id sermonis et argumenti me Cap. XXXVII.
necessitas impellit, tametsi finem facere constitueram, pauca ex illorum decretis ad refutandum seligere. Neque enim orationis artificio, sed lectorum utilitati mihi serviendum arbitror. Aiunt igitur duodecimum Aeonem, cum defecisset, a duodenario illo numero penitus excidisse, atque ita duodecimum hunc numerum esse sublatum. Hoc autem tum contigisse, cum Iudas apostolorum duodecimus exclusus est; sicque duodecimus numerus ille periit. Similiter et in muliere illa, quae sanguinis profluvio laborabat, et in alia, quae decem ex drachmis unam perdiderat. Atqui demonstrari illud potest, Aeonem illum duodecimum Iudae personam minime posse sustinere. Etenim Iudas funditus periit, duodecimus autem Aeon ille, vel ut ipsimet fictis iisce fabulis docent, non penitus extinctus est. Stetit enim, aiunt, ex eius adverso Metagogeus, hoc est traductor, qui et Horo-

Cap. XXXVII. — 1. *Repone* ὁ δὲ δωδέκατος, *vel* ὁ δωδέκατος δὲ.

[2]Ἰαὼ, ὡς αὐτοί φασι, καὶ οὕτως [3]ἐστερεώθη. Οὔτε ἡ δώδεκα ἔτεσιν αἱμορροοῦσα τῷ αὐτῶν δράματι ὁμοιωθήσεται. Ἐσώθη γὰρ μετὰ δώ-
pag. 207. δεκα ἔτη, ἐν οἷς τῷ αἵματι τῆς ῥύσεως ἐφέρετο. Οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἕνδεκα ἔτεσιν ἀπαθὴς διετέλει, καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ δὲ σέσωσται. Οὔτε ἡ τὰς δέκα δραχμὰς κεκτημένη ἀπώλεσε τὴν μίαν εἰς τέλος ἵνα ὁ Αἰὼν τῆς ὕλης ἀπολωλὼς μυθεύηται παρ' αὐτοῖς. Ἧψε γὰρ τὸν λύχνον, καὶ ηὗρε τὴν δραχμήν.

Κεφ. λη'. Ἐκ τοίνυν τῶν δύο λόγων τούτων ἢ τριῶν τὰ πάντα αὐτῶν εὐθὺς ἐλεγχθέντα καταλειφθήσεται δραματουργήματα καὶ ἀδρανῆ καὶ ἕωλα τοῖς τῆς φρονήσεως υἱοῖς καὶ τέκνοις τοῖς τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας. Ἵνα γὰρ μὴ κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμενος εἰς μῆκος ἄπειρον ἐλάσω τὴν πραγματείαν, ἕως τῆς ἐνταῦθα ὑφηγήσεως ποιησάμενος τὴν ὑπόμνησιν, καὶ ἐπιθεὶς πέρας τῇ τοσαύτῃ αὐτῶν μοχθηρίᾳ, ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμαι, θεὸν ἐπικαλούμενος ὁδηγόν τε καὶ ἐπίκουρον τῆς ἡμῶν ἀσθενείας εἰς τὸ σωθῆναι ἀπὸ ταύτης καὶ τῶν προειρημένων αἱρέσεων καὶ τῶν μελλουσῶν ἀναδείκνυσθαι τοῖς φιλολόγοις καὶ βουλομένοις τὰ ἀκριβῆ εἰδέναι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κενοφωνιῶν τε καὶ ἀσυστάτων δογμάτων. Εἰς πολλοὺς γὰρ οὗτος τὴν ἑαυτοῦ ὀνειροπολίαν ἐπισπείρας, Γνωστικὸν ἑαυτὸν καλέσας, πολλοὺς ὡς εἰπεῖν σκορπίους ὡς μίαν ἅλυσιν συνέδησεν, ὡς ἡ παλαιὰ καὶ ἐναργὴς παραβολὴ ὑπάρχει, ὅτι ἅλυσίν τινα οἱ σκορπίοι ἀπὸ ἑνὸς εἰς τὸν ἕτερον δεσμοῦντες ἕως δέκα ἢ καὶ πλείους ἀπὸ στέγης ἢ δώματος ἑαυτοὺς χαλῶσι, καὶ οὕτως μετὰ δόλου τὴν λύμην τοῖς ἀνθρώποις ἐργάζονται· οὕτως καὶ οὗτος καὶ οἱ αὐτοῦ καλούμενοι Γνωστικοὶ τῆς πλάνης ἀρχηγέται γεγόνασι, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς προφάσεις ὑπειληφότες ἕτερος ὑφ' ἑτέρου μαθητευθεὶς μετὰ τὸν διδάσκαλον προσθήκην τῆς πλάνης εἰργάσατο, καὶ ἑτέραν αἵρεσιν εἰσηγήσατο [1]ἐχομένην τῆς προτέρας. Καὶ οὕτω κατὰ τὴν διαδοχὴν εἰς διαφόρους αἱρέσεις αὐτοὶ οἱ κληθέντες Γνωστικοὶ ἐμερίσθησαν, παρὰ Οὐαλεντίνου μέντοι, ὡς ἔφην, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὰς προφάσεις εἰληφότες. Ὅμως αἱ προειρημέναι σὺν τῇ τούτου τοῦ Οὐαλεντίνου τῇ τῆς ἀληθείας διδασκαλίᾳ καταπατηθεῖσαι ὑφ' ἡμῶν παρείσθωσαν. Ἡμεῖς δὲ τὰς ἑξῆς ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει διασκοπήσωμεν.

2. Ἰαὼ, ὡς αὐτοί φασι, καὶ *cett. ego correxi. Libri vulgati habent* Ἰαώτ· ὡσαύτως φασὶ, καὶ *cett.*

3. *Cf. supra cap.* 13., *ubi pro* ἀποστερηθῆναι *reponendum videbatur* ἀποσταυρωθῆναι, *vel, quod Graeci libri magis suadent,* ἀποστερεωθῆναι.

Cap. XXXVIII. — 1. *Vulgo* ἐχομένης.

theta sive Definitor dicitur, et ad eum Iaot inclamans hac illum voce firmavit. Neque vero duodecimum iam annum sanguine fluens mulier ad istorum fabulam convenit, quae vertente demum anno duodecimo, postquam toto illo tempore profluvio sanguinis laborasset, repente consanuit. Non enim undecim annis expers morbi duodecimo demum sanitatem obtinuit. Ac neque mulier illa, quae denas drachmas habebat, unam ex iis amisit omnino, quo commentitius ille ac materiae concretus Aeon constare possit. Accendit enim lucernam, et drachmam reperit.

Quamobrem duobus hisce tribusve verbis illorum discussa somnia quam putida et imbecilla sint facile prudens quilibet et sanctae ac catholicae dei ecclesiae filius animadvertet. Iam enim veritus ego, ne si pluribus in eam sectam invectus fuero, in infinitum abeat oratio, ad hunc usque locum progressus modum adhibebo refellendae illorum nequitiae, meque ad ceteras redarguendas conferam. Sed primum viae mihi ducem et imbecillitatis adiutorem meae deum invocabo, uti me et ab huius sectae superiorumque omnium et ab insequentium contagione liberet, quas in eruditorum hominum gratiam, qui absurda illa et inania dogmata, quae in hunc orbem eruperunt, accuratius explorare student, deinceps persequemur. Siquidem Valentinus iste suis in quamplurimos diffusis communicatisque somniis, cum sese Gnosticum appellari maluisset, multos, ut ita dixerim, scorpios in unam catenam constrinxit, id quod vetus ac testata similitudo declarat. Nimirum scorpios ad decem pluresve catenae instar alios ab aliis suspensos sese ex tecto ac solario demittere, sicque ex insidiis homines opprimere. Sic ille posterique eius omnes Gnostici falsi dogmatis auctores extitere, et ab illo erroris argumenta nacti ac successione quadam invicem edocti ad eam quam a magistro acceperat suam quilibet opinionem adiecit, novamque sectam cum priore cohaerentem invexit. Qua re factum est ut Gnostici varia haereseon divortia paulatim fecerint; qui quidem omnes a Valentino, ut diximus, iisque insuper qui eo superiores extiterant initium acceperunt. Nunc universae pariter veritatis doctrina prostratae ac proculcatae praetereundae sunt, quo eadem dei ope ac virtute freti reliquas perscrutemur. Cap. XXXVIII.

pag. 208.

ΚΑΤΑ ΣΕΚΟΥΝΔΙΑΝΩΝ,

οἷς συνήφθη Ἐπιφάνης καὶ Ἰσίδωρος. Δωδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α'. *Παρελθόντες δὲ τὴν τοῦ Οὐαλεντίνου αἵρεσιν, καὶ πολλὰ μοχθήσαντες ἐν τῇ ἀκανθώδει αὐτοῦ σπορᾷ, διὰ πολλοῦ, ὡς εἰπεῖν, καμάτου καὶ γεωργικῆς κακοπαθείας ἐπὶ τὰ λείψανα τῆς ἀκανθώδους αὐτοῦ σπορᾶς καὶ ἑρπετώδους αὐτοῦ θηριομορφίας ἐλευσόμεθα, τὸ ἅγιον πνεῦμα αἰτησάμενοι παρὰ Χριστοῦ εἰς τὸ δι' αὐτοῦ ἐπισπάσαι ταῖς ψυχαῖς τῇ ἐν θεῷ διδασκαλίᾳ καὶ σεμνῷ λόγῳ, καὶ τοὺς ἰοὺς ἀνασπάσαι δυνηθῆναι ἀπὸ τῶν οὕτως [1]προηρημένων. Ἄρξομαι δὲ περὶ τούτων λέγειν κατὰ διαδοχὴν τίς τίνος διάδοχος γεγένηται τῶν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένων καὶ ἑτέραν παρὰ τὴν ἐκείνου σπορὰν διδασκόντων. Σεκοῦνδος τοίνυν τις ἐξ αὐτῶν ὤν, καὶ περισσότερόν τι βουλόμενος φρονῆσαι, πάντα μὲν τὰ κατὰ τὸν Οὐαλεντῖνον ἐξηγεῖται, περισσότερον δὲ ἦχον εἰς ἀκοὰς τῶν ἐμβεβροντημένων ἐξήχησεν. Οὗτος γὰρ κατὰ Οὐαλεντῖνον ὤν, ὡς προεῖπον, ὑπὲρ δὲ Οὐαλεντῖνον φρονῶν, λέγει εἶναι τὴν πρώτην Ὀγδοάδα Τετράδα δεξιὰν καὶ Τετράδα ἀριστερὰν, οὕτως παραδιδοὺς καλεῖσθαι, τὴν μὲν μίαν Φῶς, τὴν δὲ ἄλλην Σκότος. Τὴν δὲ ἀποστᾶσάν τε καὶ ὑστερήσασαν δύναμιν μὴ εἶναι ἀπὸ τῶν τριάκοντα Αἰώνων, [2]ἀλλὰ μετὰ τοὺς τριάκοντα Αἰῶνας, ὡς εἶναι ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν Ὀγδοάδα τὴν ἄλλην κατωτέρω γενομένων. Τὰ δὲ πάντα περὶ Χριστοῦ καὶ τῶν ἄλλων δογμάτων ὡσαύτως τῷ ἰδίου [3]χωρηγῷ ἰοῦ καὶ δοτῆρι τοῦ δηλητηρίου Οὐαλεντίνῳ δογματίζει. Μὴ πολλῶν δὲ ὄντων τῶν ὑπὸ τούτου διαφόρως ξενολεκτουμένων ἀρκεσθῆναι μὲν ἡγησάμην δεῖν τοῖς προειρημένοις, ἔχουσι καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἀνατροπήν, [4]ὅμως γ' οὖν καὶ περὶ αὐτοῦ ὀλίγα λέξω, ἵνα μὴ δι' ἀπορίαν παραλεληλυθέναι τι κατ' αὐτὸν δόξω. Εἰ γὰρ Τετράδες δεξιαὶ καὶ εὐώνυμοι παρ' αὐτοῖς τάσσονται, εὑρεθήσεταί τι ζητούμενον μέσον τοῦ τε δεξιοῦ καὶ τοῦ ἀριστεροῦ· πᾶν γὰρ ὁτιοῦν δεξιὰς ἔχον καὶ εὐωνύμους τάξεις μέσον ἕστη-
pag. 209. κε τῶν εὐωνύμων αὐτοῦ καὶ δεξιῶν· καὶ οὐδαμοῦ δυνήσεται εἶναι δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, εἰ μή τι ἂν ἐκ μεσολαβοῦντος σώματος ἑκατέρου μέρους ἡ διάκρισις [5]γένηται. Ἄρα οὖν, ἀνόητε Σεκοῦνδε, καὶ οἱ ἀπό σου ἠπατημένοι, τὸ μεσαίτατον, ἀφ' οὗπερ καὶ ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ ὑποπίπτουσιν, ἔσται ἕν τι, καὶ οὐ δυνήσεται ἀλλότριον εἶναι τοῦ ἑνός τινος*

Cap. I. — 1. προηρημένων *correxi Petavium et Cornarium secutus, qui vertit* qui praeoccupati sunt. *Vulgo enim scriptum est* προειρημένων.

2. ἀλλὰ ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν, *inquit Pseudo-Orig. Philos. pag.* 198. *ed. Mill.*

3. *Sustuli voculam* τῷ *ante* ἰοῦ *in libris obviam, quae structuram perturbabat. Accrevit enim, ni fallor, ex syllaba* γω

ADVERSUS SECUNDIANOS,
ad quos sese Epiphanes et Isidorus applicarunt, quae est haeresis XII. sive XXXII.

Posteaquam Valentiniana haeresi defuncti sumus, et in eius dumetis ac vepribus magnopere laboravimus, deinceps incredibili cum sudore ac cuiusdam velut agriculturae molestia ad reliquas illius evellendas spinas ac tetras serpentum effigies profligandas veniemus. Sed inprimis spiritus sancti opem a Christo postulabimus, ut huius illum interventu per coelestem doctrinam religiososque sermones in hominum animos elicere, ab iisque, qui id ultro voluerint, pestiferum virus extrahere possimus. Sequar vero in iis exponendis aetatum ordinem, ac cuius quisque successor extiterit in illis recensendis aperiam, qui ab illo profecti diversa quaedam doctrinae semina sparserunt. Horum igitur e numero Secundus quidam fuit, qui plus aliquid quam ceteri sapere studens, etsi eadem quae Valentinus asserit omnia, ampliore tamen sonitu furiosorum aures opplevit. Hic eodem quo Valentinus tempore eundem ipsum novo aliquo invento superare gestiens primam Ogdoadem ex Tetrade dextra ac sinistra conflari docuit, quarum alteram Lumen, Tenebras alteram appellari voluit. Iam vero Virtutem illam, quae defecisse et ad inopiam fuisse redacta dicitur, negat ex triccnario illo numero Aeonum extitisse, sed inferioris cuiusdam ordinis, ex eorum videlicet grege fuisse qui infra aliam Ogdoadem collocantur. De Christo aliisque dogmatibus eadem cum auctore veneni sui ac ministratore Valentino statuit. Quare cum haud ita multa sint ab isto diversis ac peregrinis explicata vocibus, pauca haec quae dicta sunt sufficere putavi, quae per seipsa satis ad refellendum argumentorum suppeditant. Sed de illo tamen breviter quoque disputandum est, ne ideo, quod contra ipsum afferre nihil possemus, praetermisisse videamur. Igitur si Tetrades ex illorum opinione dextrae sunt ac sinistrae, medium inter eas quiddam assignari oportet, propterea quod, quicquid dextros habet ac sinistros ordines, in eorum medio collocari necesse est, neque dextra vel sinistra uspiam esse possunt, nisi ex interiecto corpore utriusque partis discrimen petatur. Quamobrem, stolidissime mortalium Secunde, vosque Secundiani omnes, medium erit unum aliquid, cui sinistra dextraque quae dicuntur subiecta sint; neque ab uno illo alie- Cap. I.

vocabuli χωρηγῷ *per errorem repetita. Nisi maluerit aliquis reponere* τοῦ ἰοῦ, *propter sequens* τοῦ δηλητηρίου.

4. ὅμως γ᾽ οὖν *reposui pro* ὅμως δ᾽ οὖν, *quae vulgata est scriptura.*

5. γένοιτο *cod. Vatic.*

τὸ ἐξ αὐτοῦ ὑποπίπτον δεξιόν τε καὶ εὐώνυμον. Καὶ ἐξανάγκης ἀναχθήσεται τὸ πᾶν εἰς τὸ ἓν ὂν, οὗ ἀνώτατον οὐδὲ ἕν ἐστιν, οὔτε ὑποβεβηκὸς, οὔτε κατώτατον, εἰ μὴ τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκτισμένα. Καὶ ἔσται τοῦτο φανερὸν τοῖς τὴν ἀλήθειαν καταμανθάνουσιν, ὅτι εἷς θεός ἐστιν, ὁ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα. Εἰ δὴ εἷς θεός ἐστιν, ἐξ οὗ τὰ πάντα, οὔτε τι ἀριστερόν ἐστιν ἐν αὐτῷ, οὔτε ἐλάττωμα ἕτερον, οὔτε τι ὑποβεβηκὸς, πλὴν τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκτισμένων. Τὰ δὲ μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα πάντα καλῶς ἐκτισμένα, καὶ εἰς σύστασιν ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀφθόνως εὖ προεληλυθότα.

θ΄. Μαρκιωνισταί. Μαρκίων ὁ ἀπὸ Πόντου ὁρμώμενος ἐπισκόπου μὲν ἦν υἱὸς, φθείρας δὲ παρθένον ἀπέδρα, διὰ τὸ ἐξεῶσθαι ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, ἀνελθών τε εἰς Ῥώμην καὶ αἰτήσας μετάνοιαν τοὺς κατ' ἐκεῖνο [14]καιροῦ, καὶ μὴ τυχὼν, ἐπαρθεὶς κατὰ τῆς πίστεως ἐδογμάτισε, τρεῖς ἀρχὰς εἰσηγησάμενος, ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον καὶ φαῦλον, εἶναί τε καινὴν διαθήκην ἀλλοτρίαν τῆς παλαιᾶς καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ λαλήσαντος. Ἀνάστασιν σαρκὸς ἀθετεῖ. Βάπτισμα δίδωσιν οὐ μόνον ἓν, ἀλλὰ καὶ τρία μετὰ τὸ παραπεσεῖν. Ὑπὲρ δὲ τῶν τεθνεώτων κατηχουμένων ἄλλοι παρ' αὐτοῖς βαπτίζονται. Ἀδεῶς δὲ καὶ γυναιξὶν ἐπιτρέπει δῆθεν λουτρὸν διδόναι.

ι΄. Λουκιανισταί. Λουκιανός τις ἀρχαῖος, οὐχ ὁ νῦν ἐν χρόνοις Κωνσταντίνου γενόμενος, πάντα κατὰ Μαρκίωνα ἐδογμάτισε, πρὸς δὲ τούτους καὶ ἕτερά τινα παρὰ τὸν Μαρκίωνα καὶ αὐτὸς δῆθεν περισσοτέρως δογματίζει.

pag. 231. ια΄. [15]Ἀπελληανοί. Καὶ οὗτος ὁ Ἀπελλῆς τὰ ὅμοια Μαρκίωνι καὶ Λουκιανῷ κακίζει τὴν πᾶσαν ποίησιν καὶ τὸν πεποιηκότα, οὐχ ὁμοίως δὲ τούτοις τρεῖς ἀρχὰς εἰσηγήσατο, ἀλλὰ μίαν μὲν ἀρχὴν, καὶ ἕνα θεὸν ὄντα ἀνώτατον καὶ ἀκατονόμαστον, αὐτὸν δὲ τὸν ἕνα πεποιηκέναι ἄλλον. Καὶ οὗτος ὁ γεγονὼς πονηρὸς εὑρεθεὶς ἐποίησεν ἐν τῇ αὐτοῦ φαυλότητι τὸν κόσμον.

ιβ΄. Σευηριανοί. Σευῆρος πάλιν τις τῷ Ἀπελλῇ [16]συνεπόμενος

10. *Ita rescripsi cum vulgo extare viderem* Ἡρακλείου. *Io. Damascenus habet* ἀπὸ Κέρδωνος τοῦ Ἡρακλέωνα διαδεξαμένου.

11. δεξαμένου *emendatio est Petavii. Vulgo extat* δεξάμενοι. *Ioannes Damasc. habet* διαδεξαμένου.

12. τε *Ioannes Damasc.*

sinceram stirpem, videlicet Sethum, protulit, a quo universum genus hominum manavit. Postremo principia et potestates ceteraque ut alii omnia statuunt.

VII. Archontici. Plures isti ad principes universa referentes quaecumque facta sunt ab illis orta definiunt. Habent et foedissimae quoddam libidinis genus. Carnis resurrectionem respuunt. Vetus Testamentum calumniose reiiciunt. Quamquam et hoc et novo insuper nonnunquam utantur, ex quibus singulas voculas callide ad mentem suam accommodant.

VIII. Cerdoniani. A Cerdone orti sunt, qui quem ab Heraclio errorem hauserat novis inventis adauxit. Ac cum Romam e Syria profectus esset, Hygini papae temporibus sua dogmata disseminavit. Duo porro principia contraria invicem affirmat. Negat Christum esse genitum. Mortuorum excitationem cum vetere testamento reiicit.

IX. Marcionistae. Marcio oriundus ex Ponto episcopo patre natus est, a quo ob virginis stuprum eiectus ex ecclesia Romam aufugit. Ubi cum ab iis, qui tum ecclesiae praeerant, poenitentiam frustra postulasset, catholicam fidem oppugnare instituit. Quamobrem tria esse principia dixit, bonum, iustum et malum. Novum testamentum a vetere eiusdemque auctore alienum esse docuit. Carnis resurrectionem sustulit. Non unum baptisma duntaxat, sed etiam tria post delictum indulget. Pro mortuis illorum catechumenis baptismum alii suscipiunt. Mulieribus conferre baptismum sine ullo discrimine permittit.

X. Lucianistae. Lucianus his antiquior, non alter ille qui Constantino imperante floruit, in omnibus Marcionis vestigiis inhaesit. Etsi quibusdam adiectis cumulatius aliquid docere studuit.

XI. Apelliani. Apelles similiter atque Marcio et Lucianus quicquid conditum est cum ipso conditore vituperat. Non tamen tria, ut illi, principia, sed unum tantum invexit, itidemque deum unum ac supremum et nominis expertem, qui singularem alterum procreaverit. Qui cum malus evasisset, mundum sua illa improbitate condidit.

XII. Severiani. Severus hic Apellis assecla vinum ac vitem

13. τὴν παλαιὰν *Ioannes Damasc.*
14. καιροῦ ἡγουμένους τῆς ἐκκλησίας *auget Ioannes Damasc.*
15. Ἀπελλιανοί *Ioannes Damasc. Repone* Ἀπελλῆϊανοί.
16. ἐποχούμενος *Ioannes Damasc.*

τὸν μὲν οἶνον ἀποβάλλεται καὶ τὴν ἄμπελον, ἔκ τε τοῦ δρακοντοειδοῦς Σατανᾶ καὶ γῆς μυθολογῶν πεφυκέναι συνελθόντων ἀλλήλοις. Τήν τε γυναῖκα παραιτεῖται, φάσκων ἀριστερᾶς δυνάμεως αὐτὴν ὑπάρχειν, ὀνομασίας τέ τινας Ἀρχόντων καὶ βίβλους τινὰς ἀποκρύφους παρεισάγει. [17] Τὰ ὅμοια δὲ ταῖς ἄλλαις τὴν σαρκὸς ἀνάστασιν ἀθετεῖ, καὶ παλαιὰν διαθήκην.

ιγ΄. Τατιανοί. Οὗτος συνήκμασεν Ἰουστίνῳ τῷ Μάρτυρι, τῷ ἁγίῳ [18] καὶ φιλοσόφῳ. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ μάρτυρος Ἰουστίνου τελευτὴν, τοῦ καὶ φιλοσόφου, προςεφθάρη τοῖς τοῦ Μαρκίωνος δόγμασι, μαθητευθεὶς τῷ αὐτῷ, τά τε ἴσα αὐτῷ ἐδογμάτισε, καὶ ἕτερα προςθεὶς παρ' ἐκεῖνον. Ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας [19] ὁρμᾶσθαι.

17. ὁμοίως *Ioannes Damasc.*
18. τῷ καὶ *cod. Vatic.*
19. ὁρμᾶσθαι. Ταῦτα τὰ κεφαλαῖα τοῦ α^ου^ βιβλίου τῶν τριῶν τόμων τοῦ κατὰ π̄ αἱρέσεων. *cod. Vatic.*

penitus damnat. Quae ex Satanae serpentis et terrae congressu propagata fingit. Muliebrem quoque sexum repudiat, quod ad sinistram virtutem pertineat. Principum vocabula quaedam atque apocryphos libros inducit. In mortuorum resurrectione veterique testamento refellendo cum aliis haeresibus consentit.

XIII. Tatiani. Tatianus primum cum sancto Iustino Martyre ac philosopho floruit. Post cuius obitum contagione Marcionis dogmatum afflatus eius discipulus fuit, ad eaque quae cum eo communiter tenuit nova insuper addidit. Ferunt e Mesopotamia oriundum hunc fuisse.

pag. 232.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

ΚΑΤΑ *ΜΑΡΚΟΣΙΩΝ,

τεσσαρεσκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ τετάρτη.

Κεφ. α'. Μάρκος δέ τις, ἀφ' οὗπερ οἱ Μαρκώσιοι καλούμενοι, ἀπὸ τούτων ὁρμώμενος, καὶ ἕτερα παρὰ τούτους τολμήσας, κακὰ τῷ κόσμῳ ἐξήμεσε. Τούτους γὰρ διαδέχεται τοὺς περὶ Σεκοῦνδον, καὶ Ἐπιφάνη, καὶ Πτολεμαῖον, καὶ Οὐαλεντῖνον, εἰς περισσοτέραν δὲ ἀγυρτώδη συνάθροισιν ἐπήρθη. Γύναια γὰρ καὶ ἄνδρας ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένα τε καὶ πεπλανημένους ἐπηγάγετο, ὑποληφθεὶς ὁ ἐλεεινὸς διορθωτὴς εἶναι τῶν προειρημένων ἀπατεώνων, μαγικῆς ὑπάρχων κυβείας ἐμπειρότατος, ἀπατήσας δὲ τοὺς προειρημένους πάντας καὶ τὰς προειρημένας, προσέχειν [1] αὐτῷ ὡς γνωστικωτάτῳ καὶ δύναμιν τὴν μεγίστην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατονομάστων τόπων ἔχοντι, ὡς πρόδρομος ὢν ἀληθῶς τοῦ Ἀντιχρίστου ἀποδέδεικται. Τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια τῇ τῶν λεγομένων Μάγων πανουργίᾳ συμμίξας, δι' αὐτῶν φαντάζων τε καὶ μα-
pag. 233. γεύων εἰς ἔκπληξιν τοὺς ὁρῶντάς τε καὶ πειθομένους αὐτῷ περιέβαλεν. Ὡς καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῦ ἔτι καὶ εἰς δεῦρο τοῦτο ἐπιτελοῦσιν. Οἱ δὲ τὰ ἀπὸ περιεργίας ὁρῶντες, δοκοῦσι δυνάμεις τινὰς ἐν χερσὶν αὐτοῦ ἐπιτελεῖσθαι, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ταῦτα ποιούντων. Τὸν γὰρ νοῦν καὶ αὐτοὶ ἀπολέσαντες οὐχ ὁρῶσι, μὴ γινώσκοντες δοκιμάσαι ὅτι ἀπὸ μαγείας ἡ σύστασις τοῦ παρ' αὐτοῦ παιγνίου, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐπιτελεῖται. Αὐτοὶ γὰρ ἐμβρόντητοι παντάπασι γεγόνασιν, ὑπαχθέντες κακῇ τινι ὑπονοίᾳ. Φασὶ γὰρ τρία ποτήρια λευκῆς ὑάλου παρ' αὐτοῖς ἑτοιμάζεσθαι, κεκραμένα λευκῷ οἴνῳ, καὶ ἐν τῇ ἐπιτελουμένῃ παρ' αὐτοῦ ἐπω-

*) *Ita cod. Rhedig. et editi libri.*

Cap. I. — 1. ἐποίησεν, *vel simile quid, desideravit Petavius. Rationem non video. Infinitivus est quem dicunt finalis. Velus Irenaei Interpres, consentientibus libris vetustis, habet:* et non paucas feminas seducens, ad se c o n v e r t i t, velut ad scientissimum et perfectissimum *cett. Gatakerus Adversar. Misc. Posth. p.* 808. *verba* ὑποληφθεὶς — — — καὶ τὰς προειρημένας *per parenthesin illata statuens in hunc modum convertit:* Mulierculas siquidem virosque ab ipso seductas seductosque adduxit (cum impostorum ante di-

SANCTI

EPIPHANII

CONTRA HAERESES

LIBRI I. TOMUS III.

CONTRA MARCOSIOS, haeresis XIV., sive XXXIV.

Marcus vero quidam, a quo Marcosiorum secta pullulavit, a prioribus illis profectus, ac diversa quaedam ab illis sentiens, pestiferum in orbem virus evomuit. Hic enim Secundo atque Epiphani et Ptolemaeo Valentinoque succedens insaniores ad nugas ac velut circulatorum fabulas asserendas progressus est. Et quidem mulierculas virosque fraudibus suis circumventos induxit, superiorum illorum impostorum corrector habitus, cum magicarum esset artium apprime peritus. Compluribus igitur utriusque sexus se ut potissimum audirent persuasit, utpote scientissimum maximaque ex nomine carentibus visumque fugientibus locis potestate praeditum; ex quo revera se Antichristi praecursorem ostendit. Anaxilai ludicra quippe somnia cum eorum quos magos nominant, versutia coniungens atque iisce praestigiis et artibus illudens spectatores omnes ac fautores suos in stuporem admirationemque convertit; quod ipsum ad hodiernam usque diem sectatores illius faciunt. Cuiusmodi magicae artis fallacias qui vident, ut ab illo quondam dum viveret, sic ab illius modo sectatoribus, miracula fieri arbitrantur. Cum enim mente etiam ipsi capti sint, ut ista discernere omnino nequeant, magicis cantationibus ludicra, ut uno verbo dicam, eiusmodi tribuenda non vident. Falsa quippe opinione decepti hebetes atque attoniti redduntur. Ferunt enim tria apud illos candidissimo ex vitro vasa comparari, in quae album vinum infusum, dum illam quam putant eucharistiam, revera Cap. I.

ctorum corrector haberetur, offuciarumque magicarum peritissimus existeret, dictas autem dictosque omnes decepisset) ut sibi attenderent [*prout Lucas de Simone Mago Act.* 9. 10. ᾧ προςεῖχον πάντες] utpote qui et scientissimus esset, maximamque sive a locis sive a logis invisitatis innominatisque vim, seu virtutem, obtineret.

δῇ, τῇ νομιζομένῃ εὐχαριστίᾳ, μεταβάλλεσθαι εὐθὺς τὸ μὲν ἐρυθρὸν ὡς αἷμα, τὸ δὲ πορφύρεον, τὸ δὲ κυάνεον. Ἐγὼ τοίνυν, ἵνα μὴ εἰς δεύτερον κάματον ἑαυτὸν ἐπιδῶ, ἀρκεσθῆναι δεῖν ἡγησάμην τοῖς ἀπὸ τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου Εἰρηναίου κατ' αὐτοῦ τοῦ Μάρκου καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένων πραγματευθεῖσιν· ἅ τινα ἐνταῦθα πρὸς ἔπος ἐκθέσθαι ἐσπούδασα, καὶ ἔστι τάδε. Φάσκει γὰρ [2] αὐτὸς Εἰρηναῖος ὁ ἅγιος ἐν τῷ ὑποφαίνειν τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, λέγων οὕτως·

[1] ΕΚ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ.

Κεφ. β'. Ποτήρια οἴνῳ κεκραμένα προσποιούμενος εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως πορφύρεα καὶ ἐρυθρὰ ἀναφαίνεσθαι ποιεῖ· ὡς δοκεῖν τὴν ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τὰ ὅλα χάριν τὸ αἷμα τὸ ἑαυτῆς στάζειν ἐν τῷ ἐκείνῳ ποτηρίῳ διὰ τῆς ἐπικλήσεως αὐτοῦ, καὶ ὑπεριμείρεσθαι τοὺς παρόντας ἐξ ἐκείνου γεύσασθαι τοῦ πόματος, ἵνα καὶ εἰς αὐτοὺς ἐπομβρήσῃ ἡ διὰ τοῦ μάγου τούτου κληϊζομένη Χάρις. Πάλιν δὲ γυναιξὶν ἐπιδοὺς ἐκπώματα κεκραμένα αὐτὰς εὐχαριστεῖν ἐγκελεύεται παρεστῶτος αὐτοῦ, καὶ τούτου γενομένου αὐτὸς ἄλλο ποτήριον πολλῷ μεῖζον ἐκείνου, οὗ ἡ ἐξηπατημένη ηὐχαρίστησε [2] προσενεγκών, καὶ μετακενώσας ἀπὸ τοῦ μικροτέρου τοῦ ὑπὸ τῆς γυναικὸς [3] ηὐχαριστημένου εἰς τὸ ὑπ' αὐτοῦ [4] κεκοσμημένον, ἐπιλέγων ἅμα οὕτως· Ἡ πρὸ τῶν ὅλων, ἡ ἀνεννόητος καὶ ἄρρητος Χάρις πληρώσαι σου τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ πληθύναι ἐν σοὶ τὴν γνῶσιν αὐτῆς, ἐγκατασπείρουσα pag. 234. τὸν κόκκον τοῦ σινάπεως εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν. Καὶ τοιαῦτά τινα εἰπών, καὶ ἐξοιστρήσας τὴν ταλαίπωρον, θαυματοποιὸς ἀνεφάνη, τοῦ μεγάλου πληρωθέντος ἐκ τοῦ [5] μικροῦ ποτηρίου, ὥστε καὶ ὑπερεκχεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ἄλλα τινὰ τούτοις παραπλήσια ποιῶν ἐξηπάτησε πολλούς, καὶ [6] ἀπηγήοχεν ὀπίσω αὐτοῦ. Εἰκὸς δὲ αὐτὸν καὶ δαίμονά τινα πάρεδρον ἔχειν, δι' οὗ αὐτός τε προφητεύειν δοκεῖ καί, ὅσας ἀξίας ἡγεῖται, μετόχους τῆς χάριτος αὐτοῦ προφητεύειν ποιεῖ. Μάλιστα γὰρ περὶ γυναῖκας ἀσχολεῖται, καὶ τούτων τὰς εὐπαρύφους καὶ περιπορφύρους καὶ πλουσιωτάτας, ἃς πολλάκις ὑπάγεσθαι πειρώμενος [7] κολακεύων φησὶν αὐταῖς, Μεταδοῦναί σοι θέλω τῆς ἐμῆς χάριτος, ἐπειδὴ ὁ πατὴρ τῶν ὅλων τὸν ἄγγελόν σου διαπαντὸς βλέπει πρὸ προσώπου [8] αὐτοῦ. Ὁ δὲ τόπος [9] τοῦ μεγέθους ἐν ἡμῖν ἐστι [10] δι' ἡμᾶς. Εἰς τὸ ἐγκαταστῆσαι λάμβανε πρῶτον ἀπ' ἐμοῦ καὶ δι' ἐμοῦ τὴν χάριν. Εὐτρέπισον σεαυ-

2. αὐτὸς *emendatio Petavii est. Libri habent* αὐτοῖς. *Cornarius vertit* de ipsis.

Cap. II. — 1. *Inscriptionem non habet cod. Rhedig., nec ipsa edit. princeps. V. Irenaeum I, 13, 2 seqq.*

2. proferens *vertit Irenaei Interpres. Unde Billius* προσενεγκὼν *coniecit reponendum.*

3. εὐχαριστημένου *cod. Venet.*

4. qui est ab eo allatus *vertit Irenaei Interpres Vetus, unde Billius et Petavius* κεκομισμένον, *Fr. Iunius* πεφορημένον *sunt ariolati. Codd. Venet. Vatic. Rhedig. retinent* κεκοσμημένον; *in cod. Rhedig. autem, id quod silentio transiisse noluerim, loco literae* ῆ *in vocabulo* κεκοσμη-

autem incantamenta, peragunt, subito commutatur, ut aliud sanguinei, purpurei aliud, aliud caerulei coloris appareat. Ego vero, ne actum agere videar, satis esse mihi persuasi, si iis uterer quae contra Marcum hunc eiusque disciplinae studiosos a sanctissimo beatissimoque Irenaeo disputata leguntur, quae quidem ad verbum hic adscribenda censui. Sunt autem eiusmodi, quae in illorum recensendis dogmatibus pertexuit:

EX IRENAEO.

Pocula vino temperata, gratiarum actionem simulans, et solennem precationis formulam longiorem adhibens, purpurea rubraque ut appareant efficit; adeo ut supernam illam coelestemque gratiam ad eius invocationem suum in illa vasa sanguinem instillare putes atque adstantium nemo sit qui non liquorem hunc gustare vehementer appetat, quo eius animum divina illa, quam magus implorat, gratia uberrime perfundat. Praeterea mulieribus temperata illa vasa porrigens coram se benedicere iubet. Tum aliud poculum eo cui benedictionem mulier impertiit longe capacius proferens, et in id e minore illo transfundens, ita praefatur: *Gratia dei, quae ante omnia est, neque animo concipi aut explicari potest, interiorem tuum hominem compleat, ac suam in te cognitionem augeat, granum sinapis in bonam terram demittens.* His dictis statim infelicem illam in furorem vertit, et praestigiarum se artificem comprobat. Repente enim maius illud poculum, in quod minus defusum est, sic repletur ut sese liquor superfundat. Haec et iis similia pleraque faciens compluribus illusit ac secum abduxit. Credibile est adesse illi daemonem quendam, cuius opera et vaticinari videatur et, quas esse dignas censuerit, eandem illis divinandi vim tribuat. Nam cum mulieribus potissimum versatur, eisdemque eleganti ornatu ac purpura praetextatis et locupletibus, quas ut ad sese pelliciat, sic eas blandiens alloquitur: *Libet gratiae tibi meae aliquid aspergere, quoniam rerum omnium parens angelum tuum assiduo coram sese videt. Locus porro magnitudinis tuae in nobis est. In unum coalescere nos oportet. Primum igitur a me ac per me gratiam accipe. Praepara te tanquam sponsam sponsum* Cap. II.

μένον *rasurae vestigia sunt conspicua, quae duarum fere literarum spatium complent.*

5. μικροῦ *codd. Vatic. et Venet., edit. Petav.* μεγάλου *cod. Rhedig. et edit. princ.*

6. ἀπηγείοχεν *codd. Venet. Vatic. Rhedig. et edit. princ.* ἀπηγήοχεν *edit. Petav. Sic infra haer.* 66, 71. *reperitur* συνηγήοχε.

7. *Ita codd. Venet. et Vatic. et edit. Petav.* κολακεύειν *edit. princ.*

8. *Ita codd. Vatic. Venet. Rhedig., editt. princ. et Petav., non* αὐτοῦ, *ut legitur alibi.*

9. tuae magnitudinis *habet Vet. Interpr. Irenaei.*

10. δι᾽ ἡμᾶς εἰς τὸ ἐγκαταστῆσαι *codd. Venet. et Vatic. Vulgo extat* δι᾽ ἡμᾶς ἐγκαταστῆσαι. *Vet. Interpres:* Locus autem tuae magnitudinis in nobis est; oportet nos in unum convenire.

τὴν, ὡς νύμφη ἐκδεχομένη τὸν νυμφίον ἑαυτῆς, ἵνα ἔσῃ ὃ ἐγὼ, καὶ ἐγὼ ὃ σύ. Καθίδρυσον ἐν τῷ νυμφῶνί σου τὸ σπέρμα τοῦ φωτός. Λάβε παρ᾽ ἐμοῦ τὸν νυμφίον, καὶ χώρησον αὐτὸν, καὶ χωρήθητι ἐν αὐτῷ. Ἰδοὺ ἡ χάρις κατῆλθεν ἐπί σε. Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ προφήτευσον. Τῆς δὲ γυναικὸς ἀποκρινομένης, Οὐ προεφήτευσα πώποτε, καὶ οὐκ οἶδα προφητεύειν, ἐπικλήσεις τινὰς ποιούμενος, ἐκ δευτέρου εἰς κατάπληξιν τῆς ἀπατωμένης φησὶν αὐτῇ, Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, λάλησον ὅτι δήποτε, καὶ προφητεύεις. Ἡ δὲ χαυνωθεῖσα καὶ κεπφωθεῖσα ὑπὸ τῶν προειρημένων, διαθερμανθεῖσα τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ μέλλειν αὐτὴν προφητεύειν, τῆς καρδίας πλέον τοῦ δέοντος παλλούσης, ἀποτολμᾷ λαλεῖν ληρώδη, καὶ τὰ τυχόντα πάντα κενῶς καὶ τολμηρῶς, ἅτε ὑπὸ κενοῦ [11] τεθερμαμμένη πνεύματος (καθὼς ὁ κρείσσων ἡμῶν ἔφη περὶ τῶν τοιούτων, ὅτι τολμηρὸν καὶ ἀναιδὲς ψυχὴ κενῷ ἀέρι θερμαινομένη), καὶ ἀπὸ τούτου λοιπὸν προφήτιδα ἑαυτὴν [12] μεταλαμβάνει, καὶ εὐχαριστεῖ Μάρκῳ τῷ ἐπιδιδόντι τῆς ἰδίας χάριτος αὐτῇ, καὶ ἀμείβεσθαι αὐτὸν πειρᾶται, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν ὑπαρχόντων δόσιν, ὅθεν καὶ χρημάτων πλῆθος πολὺ συνενήνοχεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος κοινωνίαν, κατὰ πάντα ἑνοῦσθαι αὐτῷ προθυμουμένη, ἵνα σὺν αὐτῷ κατέλθῃ εἰς τὸ ἕν. Ἤδη δὲ τῶν [13] προτέ-
pag. 235. ρων τινὲς γυναικῶν τῶν ἐχουσῶν τὸν φόβον τοῦ θεοῦ καὶ μὴ ἐξαπατηθεισῶν, ἃς ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἐπετήδευσε παραπείθειν, κελεύων αὐταῖς προφητεύειν, καὶ καταφυσήσασαι καὶ καταθεματίσασαι αὐτὸν ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιούτου θιάσου, ἀκριβῶς εἰδυῖαι ὅτι προφητεύειν οὐχ ὑπὸ Μάρκου τοῦ μάγου ἐγγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ᾽ οἷς ἂν ὁ θεὸς ἄνωθεν ἐπιπέμψῃ τὴν χάριν αὐτοῦ, οὗτοι θεόσδοτον ἔχουσι τὴν προφητείαν, καὶ τότε λαλοῦσιν ἔνθα καὶ ὁπότε Θεὸς βούλεται, ἀλλ᾽ οὐχ ὅτε Μάρκος κελεύει. Τὸ γὰρ κελεῦον τοῦ κελευομένου μεῖζόν τε καὶ κυριώτερον, ἐπεὶ τὸ μὲν προηγεῖται, τὸ δὲ ὑποτέτακται. Εἰ οὖν Μάρκος μὲν κελεύει, ἢ ἄλλος τις (ὡς εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς δείπνοις [14] τοῦ κλήρου οὗτοι πάντοτε παίζειν καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύεσθαι), τὸ προφητεύειν, καὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς μαντεύεσθαι, ἔσται ὁ κελεύων μείζων τε καὶ κυριώτερος τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, ἄνθρωπος ὢν, ὅπερ ἀδύνατον. Ἀλλὰ τοιαῦτα κελευόμενα ὑπ᾽ αὐτῶν πνεύματα, καὶ λαλοῦντα ὁπότε βούλονται αὐτοὶ, ἐπίσαθρα καὶ ἀδρανῆ ἐστι, τολμηρὰ δὲ καὶ ἀναιδῆ ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ ἐκπεμπόμενα πρὸς ἐξαπάτησιν καὶ ἀπώλειαν τῶν μὴ εὔτονον τὴν πίστιν, ἣν ἀπ᾽ ἀρχῆς διὰ τῆς ἐκκλησίας παρέλαβον, φυλασσόντων.

Sume primum *cett.* *Ad* ἐγκαταστῆσαι *intellege* τὸ μέγεθος.

11. τεθερμαμμένη *cod. Vatic.* τεθερμαμένη *edit. princ.* τεθερμασμένη *edit. Petav.*

12. *Billius et Petavius correxerunt* ὑπολαμβάνει. *Mallem* καταλαμβάνει. *Interim vett. librorum auctoritate servata* μεταλαμβάνει *interpretor* in prophetida sese commutat, *vel* prophetida sese intellegit.

suum expectans, ut et tu id ipsum sis quod ego sum, et ego sim quod tu es. Age lucis semina in thalamo tuo colloca. Accipe a me sponsum, eumque cape et ab eo capere. Ecce descendit in te gratia: aperi os tuum, et vaticinare. Ad haec respondente femina, *Nunquam vaticinata sum, neque vaticinari scio*, ille certas invocationes proferens rursum ut stolidae illi stuporem iniiciat, *Aperi*, inquit, *os tuum, et quicquid volueris loquere, et vaticinaberis.* Illa istiusmodi inflata verbis elataque ac prophetici illius afflatus expectatione inflammata, palpitante plus solito pectore, nugas quasdem effutire ac quicquid in buccam venerit effundere non dubitat, non minus vane quam temere, utpote inani spiritu calefacta. Nam, ut quidam nobis multo praestantior de hominibus eiusmodi dixit, audax et impudens est animus inani aëre calefactus. Ex illo deinceps tempore vatem se mulier existimat, et Marco, qui de sua in ipsam virtute transfudit, gratias agit, itaque referre studet, ut non fortunas modo suas ei largiatur (unde pecuniarum ingentem ille vim collegit), verum etiam corporis sui potestatem faciat, cum eoque penitus copulari cupiat, ut in unum cum ipso coalescere possit. Sed accidit interdum, nonnullae ut fideliores feminae ac timore dei praeditae, nec ab illo deceptae, tametsi perinde eas ut reliquas in fraudem tentaret impellere ac vaticinari iussisset, hunc ipsum nihilominus respuerent ac detestarentur, seque ab illo coetu segregarent, haud ignarae quin prophetandi vis non a Marco derivaret in homines, sed iis potius, quibus divinitus munus illud esset oblatum, singulari quodam beneficio contingeret, qui non simulatque Marcus imperasset, sed ubicumque ac quandocumque deus vellet, loquerentur. Nam quod alteri iubet aliquid, id eo cui iubetur maius est ac praestantius, quoniam illud primarium, hoc inferius est et subiectum. Igitur si Marcus imperat, aliusve quis, uti mos est in conviviis sortito ac per ludum facere seque invicem ad divinandum ac sibi ipsi vaticinandum, ut quemque libido fert, impellere, erit is qui iubet homo prophetico spiritu potior et excellentior, quod fieri omnino non potest. Quamobrem spiritus isti, qui illorum iussu concitati quoties iisdem ipsis libuerit loquuntur, nihili sunt et imbecilles, licet temerarii impudentesque sint atque a satana ad eos circumveniendos perdendosque missi, qui non constanter fidem illam retinuerint quam initio susceperunt.

13. *Ita omnes libri. Sed Vet. Interpres habet* quaedam ex fidelissimis mulieribus; *unde non defuerunt qui* πιστοτέρων *reponendum esse statuerent.*

14. τοῦ κλήρου, *intellege* παίγνιον, *vel simile quid.* τῷ κλήρῳ *volebat Gatakerus Adv. Miscell. Posth. p. 508 seq. De ludo ceterum isto citat Gatakerus Poll. Onom. IX, 7. Epictet. Dissert. I, 25. Tac. Annal. I, 13. Cf. etiam interprr. ad Irenaeum. Verba* ὡς εἰώθασιν — — ἐγκελεύεσθαι *per parenthesin esse dicta primum Gatakerus vidit. Hinc Latinus quoque Irenaei Interpres corrigendus.*

Κεφ. γ'. Ὅτι δὲ φίλτρα καὶ ἀγώγιμα πρὸς τὸ καὶ τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἐνυβρίζειν ἐμποιεῖ οὗτος ὁ Μάρκος ἐνίαις τῶν γυναικῶν, εἰ καὶ μὴ πάσαις, αὗται πολλάκις ἐπιστρέψασαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἐξωμολογήσαντο καὶ κατὰ τὸ σῶμα ἠχρειῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐρωτικῶς πάνυ αὐτὸν πεφιληκέναι· ὥστε καὶ διάκονόν τινα τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῶν ἡμετέρων, ὑποδεξάμενον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ περιπεσεῖν ταύτῃ τῇ συμφορᾷ, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εὐειδοῦς ὑπαρχούσης, καὶ τὴν γνώμην καὶ τὸ σῶμα διαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ μάγου τούτου, καὶ ἐξακολουθησάσης αὐτῷ πολλῷ τῷ χρόνῳ. Ἔπειτα μετὰ πολλοῦ κόπου τῶν ἀδελφῶν ἐπιστρεψάντων [1] αὐτὴν, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐξομολογουμένη διετέλεσε, πενθοῦσα καὶ θρηνοῦσα ἐφ' ᾗ ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ μάγου διαφθορᾷ. Καὶ μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ τινες περιπολίζοντες [2] ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐξαπατῶντες γυναικάρια πολλὰ διέφθειραν, τελείους ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, ὡς pag. 236. μηδενὸς δυναμένου ἐξισωθῆναι τῷ μεγέθει τῆς γνώσεως αὐτῶν, μηδ' ἂν Παῦλον, μηδ' ἂν Πέτρον εἴπῃς, μηδ' ἄλλον τινὰ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ πλείω πάντων ἐγνωκέναι, καὶ τὸ μέγεθος τῆς γνώσεως τῆς ἀῤῥήτου [3] δυνάμεως μόνους καταπεπωκέναι, εἶναί τε αὐτοὺς ἐν ὕψει ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν· διὸ καὶ ἐλευθέρως πάντα πράσσειν, μηδένα ἐν μηδενὶ φόβον ἔχοντας. Διὰ γὰρ τὴν ἀπολύτρωσιν ἀκρατήτους καὶ ἀοράτους γίνεσθαι τῷ κριτῇ. Εἰ δὲ καὶ ἐπιλάβοιτο αὐτῶν, παραστάντες αὐτῷ μετὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τάδε εἴποιεν, Ὦ πάρεδρε θεοῦ καὶ μυστικῆς [4] πρὸ αἰῶνος Σιγῆς, ἣν τὰ μεγέθη διαπαντὸς βλέποντα τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ὁδηγῷ σοι καὶ [5] προσαγωγεῖ [6] χρώμενα ἀνασπῶσιν ἄνω τὰς αὐτῶν μορφὰς, ἃς ἡ μεγαλότολμος ἐκείνη [7] φαντασιασθεῖσα διὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ προπάτορος προεβάλετο ἡμᾶς τὰς εἰκόνας, τότε ἐνθύμιον τῶν ἄνω ὡς ἐνύπνιον ἔχουσα, ἰδοὺ ὁ κριτὴς ἐγγὺς, καὶ ὁ κῆρύξ με κελεύει ἀπολογεῖσθαι. Σὺ δὲ, ὡς ἐπισταμένη τὰ ἀμφοτέρων, τὸν ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἡμῶν λόγον, ὡς ἕνα ὄντα, τῷ κριτῇ παράστησον. Ἡ δὲ μήτηρ ταχέως ἀκούσασα τούτων τὴν Ὁμηρικὴν Ἄϊδος κυνέην αὐτοῖς περιέθηκε, πρὸς τὸ ἀοράτως ἐκφυγεῖν τὸν κριτὴν, καὶ παραχρῆμα ἀνασπάσασα αὐτοὺς εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσήγαγε, καὶ ἀπέδωκε τοῖς [8] ἑαυτῶν νυμφίοις. Τοιαῦτα [9] δὴ λέγοντες καὶ πράττοντες καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κλίμασι τῆς Ῥοδανουσίας πολλὰς ἐξηπατήκασι γυναῖκας, αἵτινες κεκαυτηριασμέναι τὴν συνείδησιν αἱ μὲν καὶ εἰς φανερὸν ἐξομολογοῦνται, αἱ δὲ δυσωπούμεναι τοῦτο, ἡσυχῇ δέ πως ἑαυτὰς ἀπηλπικυῖαι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, ἔνιαι μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπέστησαν, ἔνιαι δὲ ἐπαμφοτερίζουσι, καὶ τὸ τῆς παροιμίας πεπόνθασι, μήτε ἔξω μήτε ἔσω

CAP. III. — 1. αὐτὴν *cod. Venet. Conspirat Vet. Interpres. Vulgo* αὐτή.
2. in iisdem studiis *recte vertit Billius.*
3. δυναμένους *cod. Venet.*
4. προαιῶνος *cod. Paris.* pro aeonon *habet Vet. Irenaei Interpres.*
5. προσαγωγῇ *cod. Venet.*
6. *Iam dudum ita correxerunt ex Vet.*

Iam vero etiam philtra et amatorias illecebras ad contumeliam corporum a Marco quibusdam mulieribus oblata, non tamen omnibus, ipsaemet ad ecclesiam reversae persaepe fassae sunt; se ab illo constupratas esse et ipsius amore illecebrisque captas. Adeo ut diaconus quidam e nostris in Asia cum hospitio illum excepisset, in eam calamitatem inciderit, eiusque coniux egregia forma mulier et animo et corpore a mago illo corrupta longo cum tempore sectata sit, donec magno cum labore adnitentibus fratribus ad meliorem frugem conversa reliquum vitae tempus in poenitentia traduxit, moerens ac vehementer deplorans quod a mago corrumpi se ac vitiari sivisset. Quinetiam discipuli quidam illius varia oppida peragrantes compluribus mulierculis iisdem artibus illuserunt, cum perfectos se esse iactarent, neque quemquam posse secum scientiae copia conferri, non si Paulum Petrumque nomines, aut ex apostolorum numero quemlibet; plura enim se solos omnibus intelligere, solos inexplicabilis illius Virtutis hausisse magnitudinem. Quocirca supra Virtutem omnem sublimes attolli sese, atque idcirco libere omnia facere metus omnis expertes. Nam ob redemptionem, quam adepti sunt, minime se a iudice comprehendi, ac ne videri quidem, posse. Quod si forte sibi manus iniiceret, tum vero cum redemptione illa sua coram eo talia dicturos: *O dei ac mysticae ante secula Siges assessor, quo duce ac conciliatore Magnitudines eae, quae Patris faciem perpetuo contuentur, vultus suos in coelum subtrahunt, vultus inquam eos, quibus nimium audax illa conspectis ob summi bonitatem Parentis nos velut effigies produxit, cum coelestium cogitationem velut per somnium concepisset: en iudex appropinquat, ac me praeco caussam iubet agere. Tu igitur, utpote quae res utriusque probe teneas, communem iudici pro utroque nostrum orationem expromito.* Quibus statim auditis Mater Homericam Plutonis galeam illis imponit, uti se iudicis aspectui subductos eripiant. Tum sine mora sursum evectos et in thalamum introductos sponsis suis restituit. Haec illi dictis factisque profitentes, vel in hoc nostro Rhodani tractu plerasque mulieres in errorem traxerunt. Quae *cauteriatam habentes conscientiam* partim id perfricta fronte prae se ferunt, partim verecundia ductae, ac paulatim tamen in vitae coelestis desperationem impulsae, tandem aut ab veritate se penitus abstraxerunt, aut adhuc dubitando fluctuant atque, ut proverbio fertur,

Cap. III.

1. Tim. 4, 2.

Irenaei Interprete, sententia efflagitante. Libri omnes habent χρώμεθα.

7. φαντασθεῖσα *codd. Paris. et Rhedig.*

8. ἑαυτῶν *emendatio est. Libri omnes habent* ἑαυτοῦ. *Petavius correxit* αὐτῶν.

reddidit suis sponsis *habet Vet. Irenaei Interpres.*

9. δὴ *codd. Ven. Rhedig.* δὲ *reliqui libri.*

οὖσαι, ταύτην ἔχουσαι τὴν ἐπικαρπίαν τοῦ σπέρματος τῶν τέκνων τῆς γνώσεως.

Κεφ. δ'. [1]Οὕτως Μάρκος μήτραν καὶ ἐκδοχεῖον τῆς Κολορβάσου [2]Σιγῆς αὐτὸν μονώτατον γεγονέναι λέγων, ἅτε μονογενὴς ὑπάρχων, [3]αὐτὸ [4]τὸ τοῦ ὑστερήματος κατατεθὲν εἰς αὐτὸν ὧδέ πως ἀπεκύησεν. Αὐτὴν τὴν πανυπερτάτην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατονομάστων [5]τόπων Τετράδα κατεληλυθέναι σχήματι [6]γυναικείῳ πρὸς αὐτὸν (ἐπειδὴ, φησὶ, τὸ ἄρρεν αὐτῆς ὁ κόσμος φέρειν οὐκ ἠδύνατο), καὶ μηνῦσαι [7]αὐτὴν τίς ἦν, καὶ
pag. 237. τὴν τῶν πάντων γένεσιν, ἣν οὐδενὶ πώποτε οὐδὲ θεῶν, οὐδὲ ἀνθρώπων ἀπεκάλυψε, τούτῳ μονωτάτῳ διηγήσασθαι, οὕτως εἰποῦσαν· Ὅτε τὸ πρῶτον ὁ [8]Πατὴρ ὤδινεν ὁ ἀνεννόητος καὶ ἀνούσιος, ὁ μήτε ἄρρεν μήτε θῆλυ, ἠθέλησεν αὐτοῦ τὸ ἄρρητον [9]ῥητὸν γεννηθῆναι, καὶ τὸ ἀόρατον μορφωθῆναι, ἤνοιξε τὸ στόμα, καὶ προήκατο Λόγον ὅμοιον αὐτῷ, ὃς παραστὰς ὑπέδειξεν αὐτῷ ὃ ἦν, αὐτὸς τοῦ ἀοράτου μορφὴ φανείς. Ἡ δὲ ἐκφώνησις τοῦ ὀνόματος ἐγένετο τοιαύτη. Ἐλάλησε λόγον τὸν πρῶτον τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἥτις ἦν Ἀρχὴ, καὶ ἦν ἡ συλλαβὴ αὐτοῦ στοιχείων τεσσάρων. [10]Ἐπισυνῆψε τὴν δευτέραν, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων τεσσάρων. [11]Ἑξῆς ἐλάλησε τὴν τρίτην, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δέκα. Καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἐλάλησε, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δεκαδύο. Ἐγένετο οὖν ἡ ἐκφώνησις τοῦ ὅλου ὀνόματος στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. Ἕκαστον δὲ τῶν στοιχείων ἴδια γράμματα καὶ ἴδιον χαρακτῆρα καὶ ἰδίαν ἐκφώνησιν καὶ σχήματα καὶ εἰκόνας ἔχειν, καὶ μηδὲν αὐτῶν εἶναι ὃ τὴν ἐκείνου καθορᾷ μορφὴν [12]οὗπερ αὐτὸ στοιχεῖόν ἐστιν· ἀλλὰ οὐδὲ [13]γινώσκειν αὐτὸν, οὐδὲ μὴν τὴν τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἕκαστον ἐκφώνησιν [14]πάλιν ἀρκεῖν, ἀλλὰ [15]ὃ αὐτὸ ἐκφωνεῖ, ὡς [16]τὸν πᾶν ἐκφωνοῦντα, τὸ ὅλον ἡγεῖσθαι ὀνομάζειν. Ἕκαστον γὰρ αὐτῶν μέρος ὂν τοῦ ὅλου τὸν ἴδιον ἦχον ὡς τὸ πᾶν ὀνομάζειν, καὶ μὴ παύσασθαι ἠχοῦντα, μέχρις ὅτου

Cap. IV. — 1. Οὗτος *cod. Venet., conspirante Vet. Irenaei Interprete, qui habet* Hic Marcus. *Corrigendum puto* Sic Marcus.

2. Σιγῆς, *quod abest ab omnibus Epiphanii libris, duce Vet. Interprete et sententia ipsa postulante restitui ex vocabulo* εἰσηγήσατο, *quod vulgo extat, corruptela videlicet vocum* Σιγῆς αὐτόν.

3. αὐτὸ *cod. Venet. Vulgo* αὐτῷ.

4. *Vet. Interpres pro* τὸ τοῦ ὑστερήματος *videtur legisse* τὸ σπέρμα.

5. τόπων *flagitante sententia duce Vet. Irenaei Interprete reposui pro* τούτων *quod libri Epiphanii habent. Cf. supra cap.* 1.

6. γυναικείου *cod. Venet.*

7. αὐτὴν *cod. Venet.* αὐτὴ *reliqui libri.*

8. *Vet. Interpres plenius:* pater, cuius pater nemo est, qui est inexcogitabilis *cett., ut, cum verbi* ὤδινεν *apud eum nullum appareat vestigium,* πατὴρ ἀπάτωρ, *quomodo Petavius censuit, vel, ut alii,* οὗ πατὴρ οὐδείς ἐστιν *in suo exemplo legisse videatur.*

9. ῥητὸν, *quod abest ab Epiphanii libris, absorptum videlicet voce praegressa* ἄρρητον, *ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene p.* 203. *Mill. restitui, ubi et* γενέσθαι *pro* γεννηθῆναι.

10. ἔπειτα συνῆψε *habet Pseudo-Origenes l. l.*

11. ἐξελάλησε *habet codex scriptus Pseudo-Origenis l. l.*

12. οὗπερ αὐτὸ *ex Pseudo-Origene l. l. restituendum erat, facillima mutatione, pro eo quod vulgo extat* οὗπερ αὐτός. *Mas-*

nec intra nec extra consistunt, talemque ex illa scientissimorum hominum velut semente fructum referunt.

Ceterum Marcus iste Colorbasicae Siges uterum ac conceptaculum unum se ac singularem fuisse praedicabat, ut qui unigena eidem fuerit, ac defectus semen, quod in se receperat, hoc fere modo peperit. Quippe summam illam Tetradem ex iis locis, quae videri nominarique nequeunt, ad sese muliebri specie descendisse (quoniam, inquit, quod in ea masculini sexus erat sustinere mundus non poterat), deinde se quaenam esset aperuisse, universorumque generationem, quam nemini deorum unquam hominumque patefecerat, soli ipsi iisce verbis exposuisse: Cum primum Pater is qui neque cogitatione capi potest et naturae omnis est expers, neque porro mas est aut femina, parturire coepit, quod in se erat inexplicabile gigni, quod inaspectabile, formari cupiens, os aperuit, similemque sui Sermonem edidit. Qui quidem adstans ei quidnam esset ostendit, cum inaspectabilis illius velut effigies appareret. Eiusmodi porro nominis illa pronuntiatio extitit. Primum appellationis suae vocabulum elocutus est: hoc autem *Ἀρχὴ*, sive Principium, erat, cuius syllaba quatuor elementis constabat. Mox alteram syllabam adiecit, quae et ipsa elementa continebat quatuor. Inde tertiam decem ex elementis compositam. Mox quartam elementorum duodecim. Ita nominis totius appellatio ex tricenis est elementis, syllabis vero coagmentata quatuor. Ita tamen, ut et elementum quodlibet proprias literas propriosque characteres et pronuntiationem propriam habeat, figuram denique effigiemque propriam, neque quicquam sit quod illius formam, cuius elementum est, aspiciat, imo ne cognoscat quidem. Neque porro vicini sibi quodlicet elementi pronuntiationem novit, sed sic ille pronuntiat, ut totum proferens nominare universum existimet. Singula quippe, cum universi sint partes, peculiarem sibi sonum velut totum efferre, nec prius ab edendo sono Cap. IV.

suetus, *Vet. Interpretis versionem* neque ipsum super elementum est. *secutus speciosius quam verius correxit* ὃ ὑπὲρ αὐτοῦ. *At ille legisse potius videtur* ἢ ὅπερ αὐτὸ, *indeque scripsisse* et nihil eorum esse quod illius videat formam, nec quod ipsum super elementum est.

13. γινώσκειν *cod. Venet. Vulgo* γινώσκει.

14. πάλιν ἀρκεῖν *mea est emendatio. Libri omnes habent* πολιορκεῖ. *Pseudo-Origenes l. l.* οὐδὲ μὴν τὴν τοῦ πλησίου αὐτοῦ ἕκαστον ἐκφώνησιν γινώσκειν, ἀλλὰ μηδὲ ἐκφωνεῖν ὡς τὸ πᾶν ἐκφωνοῦντα, ὅτι τὸ ἡγεῖσθαι ὀνομάζειν αὐτὸν *cett.*

15. ὃ αὐτὸ *ego. Vulgo extat* ὁ αὐτὸς.

16. τὸν *ego.* τὸ *libri omnes. Possis etiam* τὸ πᾶν, *modo* ἐκφωνῶντα *pluraliter sumas, ad* ἕκαστον *referendum. Loci interpretationem verissimam dedit V. Cl. Aug. Neander in Genet. Entwurf der Gnost. Systeme p. 171. Vet. Interpres ex corrupto, puto, exemplario, praeter verae sententiae intellegentiam omnem, convertit sic:* Sed nec cognoscere eum, sed ne quidem proximi eius unumquodque enuntiationem scire, sed quod ipse enuntiat, ita omne quod enuntiat illud quod est totum nominet.

ἐπὶ τὸ ἔσχατον γράμμα τοῦ [17] ἐσχάτου στοιχείου [18] μονογλωσσήσαντα [19] καταντῆσαι. Τότε δὲ καὶ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὅλων ἔφη γενέσθαι, ὅταν τὰ πάντα κατελθόντα εἰς τὸ ἓν γράμμα μίαν καὶ τὴν [20] αὐτὴν ἐκφώνησιν ἠχήσῃ· ἧς ἐκφωνήσεως εἰκόνα τὸ Ἀμὴν ὁμοῦ λεγόντων ἡμῶν ὑπέθετο εἶναι. Τοὺς δὲ φθόγγους ὑπάρχειν τοὺς μορφοῦντας τὸν ἀνούσιον καὶ ἀγέννητον Αἰῶνα, καὶ εἶναι τούτους μορφὰς ἃς ὁ κύριος ἀγγέλους εἴρηκε· τὰς [21] δὲ διηνεκῶς βλεπούσας τὸ πρόςωπον τοῦ πατρός. Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν στοιχείων τὰ ῥητὰ καὶ κοινὰ Αἰῶνας καὶ Λόγους, καὶ Ῥίζας, καὶ Σπέρματα, καὶ Πληρώματα, καὶ Καρποὺς ὠνόμασε. Τὰ δὲ καθ' ἕνα αὐτῶν καὶ ἑκάστου ἴδια ἐν τῷ ὀνόματι τῆς Ἐκκλησίας ἐμπεριεχόμενα νοεῖσθαι ἔφη, ὡς [22] στοιχείων τοῦ στοιχείου τὸ ὕστερον γράμμα φωνὴν προήκατο τὴν
pag. 238. αὐτοῦ, οὗ ἦχος ἐξελθὼν κατ' εἰκόνα τῶν στοιχείων στοιχεῖα ἴδια ἐγέννησεν· ἐξ ὧν τά τε ἐνταῦθα [23] διακεκοσμῆσθαί φησι, καὶ [24] τὰ πρὸ τούτων γεγενῆσθαι. Τὸ μέν τοι γράμμα [25] αὐτὸ, οὗ ὁ ἦχος ἦν συνεπακολουθῶν τῷ ἤχει [26] κάτω, ὑπὸ τῆς συλλαβῆς τῆς ἑαυτοῦ ἀνειλῆφθαι ἄνω [27] λέγει εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ὅλου, μεμενηκέναι δὲ εἰς τὰ κάτω τὸν ἦχον, ὥςπερ ἔξω ῥιφέντα. Τὸ δὲ στοιχεῖον αὐτὸ, ἀφ' οὗ τὸ γράμμα σὺν τῇ ἐκφωνήσει τῇ ἑαυτοῦ συγκατῆλθε κάτω, [28] γραμμάτων εἶναί φησι τριάκοντα, καὶ ἓν ἕκαστον τῶν τριάκοντα γραμμάτων ἐν ἑαυτῷ ἔχειν ἕτερα γράμματα, δι' [29] ὧν τὸ ὄνομα τοῦ γράμματος ὀνομάζεται. Καὶ [30] αὖ πάλιν τὰ ἕτερα δι' ἄλλων ὀνομάζεσθαι γραμμάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων, ὡς εἰς ἄπειρον ἐκπίπτειν τὸ πλῆθος [31] τῶν γραμμάτων. Οὕτω δ' ἂν σαφέστερον μάθοις τὸ λεγόμενον.

Κεφ. ε'. Τὸ δέλτα στοιχεῖον γράμματα ἐν ἑαυτῷ ἔχει πέντε, αὐτὸ [1] δὲ τὸ δέλτα, καὶ τὸ ε̄, καὶ τὸ λάμβδα, καὶ τὸ ταῦ, καὶ τὸ ἄλφα. Καὶ ταῦτα πάλιν τὰ γράμματα δι' ἄλλων γράφεται γραμμάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων. Εἰ οὖν ἡ πᾶσα ὑπόστασις τοῦ δέλτα εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει, ἀεὶ ἄλλων ἄλλα [2] γράμματα γεννώντων καὶ διαδεχομένων ἄλληλα, πόσῳ μᾶλλον ἐκείνου τοῦ στοιχείου μεῖζον εἶναι τὸ πέλαγος τῶν γραμμάτων. Καὶ [3] εἰ τὸ ἓν γράμμα οὕτως ἄπειρον, ὅρα ὅλου τοῦ ὀνόματος τὸν βυ-

17. ἐσχάτου *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres, cum reddiderit* novissimi elementi. *Vulgo* ἑκάστου.

18. *Ita codd. Vatic. et Venet. Vulgo* μονογλωσσήσαντος. μονογλωττήσαντι *Pseudo-Origenes.*

19. *Ita cod. Venet. et Pseudo-Origenes. Vulgo* καταστῆσαι.

20. αὐτὴν *non habet cod. Venet.*

21. *Hoc* δὲ *non agnoscit Pseudo-Origenes. Accrevit, ni fallor, ex syllaba* δι *sequentis vocabuli.*

22. στοιχείων τοῦ *addidi ex codd. Venet. Vatic. Rhedig. Paris. et Vet. Interpr. Pro* ὡς *non defuerunt qui* ὧν *scribendum censerent, cum Vet. Interpres haberet* Quorum elementorum *cett. Pseudo-Origenes:* νοεῖσθαι τῶν στοιχείων τοῦ ἐσχάτου στοιχείου τὸ ὕστερον [γράμμα] φωνὴν *cett.*

23. διακεκοσμῆσθαι *codd. Venet. Vatic. et Pseudo-Origenes.* κατακεκοσμῆσθαι *vulgata scriptura est.*

24. τὰ *codd. Venet. Vatic. et Pseudo-Origenes. Vulgo* τῶν.

25. *Secutus sum Pseudo-Origenem et Vet. Irenaei Interpretem. Nam verba* τὸ ἦχος τῷ ἤχει, *quamquam in omnibus, quotquot novi, Epiphanii libris inveniun-*

desistere quam ad extremam extremi elementi literam singulariter pronuntiando lingua pervenerit. Ac tum demum restitutum iri omnia definit, cum omnes in unam redactae literae una eademque pronuntiatione resonabunt. Huius vero pronuntiationis simile quiddam aiebat existere, cum omnes pariter Amen dicimus. Sonos esse vero quibus naturae ac generationis expers Aeon ille informetur, eosdemque formas esse quibus angelorum nomen a domino tributum est, Matth. 18, 10.
quae Patris faciem assidue contuentur. Iam vero elementorum nomina, quae quidem exprimi fas est, suntque communia, Aeones, et Sermones, ac Radices, Semina, Pleromata ac Fructus appellabat. Quae autem singillatim cuiusque sunt propria, ea Ecclesiae vocabulo comprehensa intelligi significabat. Quorum elementorum extrema ultimi litera vocem suam emisit, cuius sonus exiens ad elementorum similitudinem propria elementa produxit; a quibus inferiora haec ordinata, superiora vero genita esse censuit. Addit vero literam, cuius sonus sonum infra consequebatur, a syllaba sua sursum evectam ad universum explendum; sonum autem ipsum velut foras abiectum in inferioribus haesisse. Elementum porro, cuius illa litera est, cum pronuntiatione sua deorsum descendit, idque literis constare tricenis asserit, quarum singulae alias in se literas complexae sint, quibus literae nomen appelletur. Easdemque rursum literas aliis nominari literis, quae iterum aliis et ipsae nuncupentur, ut in infinitum illa literarum multitudo procedat. Quae omnia facilius hoc modo percipies.

Elementum delta quinque literas continet, nimirum D, E, L, Cap. V.
T, A. Quae literae aliis insuper literis scribuntur, et hae vicissim aliis. Igitur si id, in quo ipsius delta natura consistit, in infinitum excurrit, et ab aliis alia propagantur invicemque succedunt, quanto magis ipsiusmet elementi maius erit literarum velut pelagus? Et si adeo infinita sit una duntaxat litera, vide totius nominis quam im-

tur post αὐτὸ addita, cum sententiam prorsus perturbent gravissimisque notentur glossematis indiciis, plane vides delenda fuisse.

26. *κάτω recte restituerunt Grabius, aliique, pro vulgata scriptura καὶ τὸ. Et Vet. Interpres habet* deorsum. *In cod. Veneto extat καὶ τῷ.*

27. *Ita corrigendum erat, nec praeter auctoritatem Vet. Interpretis, qui vertit* dicit. *Libri habent λέγειν.*

28. *Ita Pseudo-Origenes. In libris Epiphanii reperitur κάτω, ὃ γραμμάτων. Delevi illud ὃ, quod nec Vet. Interpres non agnoscit, cum Grabio, Massueto aliisque Irenaei editoribus.*

29. *Ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete reposui ὧν pro οὗ, quod vulgo extat in Epiphanii libris.*

30. *μὴν Pseudo-Origenes.*

31. *διὰ τῶν γραμμάτων γραφέντος Pseudo-Origenes.*

Cap. V. — 1. *τε corrigunt Petavius, Grabius aliique.*

2. *γράμματα non extat in edit. princ. Adiecit primum Petavius de cod. Vatic. Reperitur etiam in Pseudo-Origene et in cod. Veneto.*

3. *εἷς cod. Venet.*

θὸν τῶν γραμμάτων, ἐξ ὧν τὸν Προπάτορα [4] ἡ Μάρκου Σιγὴ συνεστάναι ἐδογμάτισε. Διὸ καὶ τὸν Πατέρα ἐπιστάμενον τὸ ἀχώρητον αὐτοῦ δεδωκέναι τοῖς στοιχείοις, ἃ καὶ Αἰῶνας καλεῖ, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὴν ἰδίαν ἐκφώνησιν ἐκβοᾶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἕνα τὸ ὅλον ἐκφωνεῖν. Ταῦτα δὲ σαφηνίσασαν αὐτῷ τὴν Τετρακτὺν εἰπεῖν [5] θέλω δή σοι καὶ αὐτὴν ἐπιδεῖξαι τὴν Ἀλήθειαν. Κατήγαγον γὰρ αὐτὴν ἐκ τῶν ὕπερθεν δομάτων, ἵν' ἐσίδῃς αὐτὴν γυμνὴν, καὶ [6] καταμάθῃς τὸ κάλλος αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ἀκούσῃς αὐτῆς λαλούσης, καὶ θαυμάσῃς τὸ φρόνημα αὐτῆς. Ὅρα οὖν κεφαλὴν ἄνω [7] τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̅, τράχηλον δὲ β̅ καὶ ψ̅, ὤμους ἅμα χερσὶ γ̅ καὶ χ̅, στήθη δ̅ καὶ φ̅, διάφραγμα ε̅ καὶ υ̅, [8] νῶτον ζ̅ καὶ τ̅, κοιλίαν η̅ καὶ σ̅, μηροὺς θ̅ καὶ ρ̅, γόνατα ι̅ καὶ π̅, κνήμας κ̅ καὶ ο̅, σφυρὰ λ̅ καὶ ξ̅, πόδας μ̅ καὶ ν̅. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τῆς κατὰ τὸν [9] μάγον Ἀληθείας. Τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ στοιχείου, οὗτος ὁ χαρακτὴρ
pag. 239. τοῦ γράμματος. Καὶ καλεῖ τὸ στοιχεῖον τοῦτο Ἄνθρωπον, εἶναί τε πηγήν φησιν αὐτὸ παντὸς λόγου, καὶ ἀρχὴν πάσης φωνῆς, καὶ παντὸς ἀρρήτου ῥῆσιν, καὶ τῆς σιωπωμένης Σιγῆς στόμα. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ σῶμα αὐτῆς. Σὺ δὲ [10] μετάρσιον ἐγείρας διανοίας νόημα τὸν [11] αὐτογεννήτορα καὶ [12] πατροδότορα λόγον ἀπὸ [13] στομάτων Ἀληθείας ἄκουε.

Κεφ. ϛ'. Ταῦτα δὲ ταύτης εἰπούσης προσβλέψασαν αὐτῷ τὴν Ἀλήθειαν καὶ ἀνοίξασαν τὸ στόμα λαλῆσαι λόγον· τὸν δὲ λόγον ὄνομα γενέσθαι, καὶ τὸ ὄνομα [1] τοῦτο εἶναι ὃ γινώσκομεν καὶ λαλοῦμεν, Χριστὸν Ἰησοῦν· ὃ καὶ ὀνομάσασαν αὐτὴν [2] παραυτίκα σιωπῆσαι. [3] Προσδοκῶντος δὲ τοῦ Μάρκου πλεῖόν τι μέλλειν αὐτὴν λέγειν, πάλιν ἡ Τετρακτὺς παρελθοῦσα εἰς τὸ μέσον [4] φησὶν, Ὡς εὐκαταφρόνητον ἡγήσω τὸν λόγον ὃν ἀπὸ στομάτων τῆς Ἀληθείας ἤκουσας. Οὐ τοῦθ' ὅπερ οἶδας καὶ [5] δοκεῖς παλαιόν ἐστιν ὄνομα. Φωνὴν γὰρ μόνον ἔχεις αὐτοῦ, τὴν δὲ δύναμιν ἀγνοεῖς. Ἰησοῦς μὲν γάρ ἐστιν ἐπίσημον ὄνομα, ἓξ [6] ὢν γράμματα ὑπὸ πάντων τῶν τῆς κλήσεως [7] γινωσκόμενον. Τὸ δὲ παρὰ τοῖς Αἰῶσι τοῦ Πληρώματος, πολυμερὲς τυγχάνον, ἄλλης ἐστὶ μορφῆς καὶ ἑτέρου τύπου, γινωσκόμενον ὑπ' ἐκείνων τῶν συγγενῶν, ὧν τὰ μεγέθη παρ' [8] αὐτῷ ἐστι διαπαντός. Ταῦτ' οὖν τὰ παρ' ὑμῖν εἰκοσιτέσσαρα

4. *Pseudo-Origenes:* ἡ Μάρκου φιλοπονία, μᾶλλον δὲ ματαιοπονία βούλεται συνιστᾶν. διὸ καὶ *cett.*

5. θέλω *rescriptum est, sententia postulante, ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Libri Epiphanii habent* θέαν.

6. *Ita cod. Ven. et Pseudo-Origenes. Vulgo* καταμάθοις.

7. *Pseudo-Origenes:* τὸ πρῶτον ἄλφα ω̅. *Vet. Interpr.:* Vide igitur quid in capite eius sursum, primum α̅ et ω̅.

8. *Vet. Interpres in his quae sequuntur discrepat. Habet enim:* cinctum ε̅ et υ̅, ventrem ζ̅ et τ̅, verenda η̅ et σ̅, femora ϑ̅ et ρ̅, genua ι̅ et π̅ *cett. Et Pseudo-Origenes aliter haec:* φράγμα (*sic*) ε̅, κοιλίαν β̅τ̅, αἰδοῖα κ̅σ̅, μηροὺς ϑ̅ρ̅, γόνατα ι̅π̅ *cett.*

9. Μάρκον *habet Pseudo-Origenes.*

10. μετάρσιος *videor mihi legere in cod. Rhedig.*

11. *Omnes libri tuentur quidem* αὐτὸν γεννήτορα. *Sed cum Vet. Interpr. habeat* autogenitora, *ea in Graecis quoque scri-*

mensa sit profundaque congeries, ex quibus primum illum constare Parentem Marci Sige perdocuit. Propterea cum Parens ipse comprehendi se non posse sciret, elementis hoc tribuisse, quos et Aeonas vocat, ut quilibet pronuntiationem suam magno clamore proferret, quod totum unus efferre minime posset. Haec cum Tetras ei omnia declarasset, adiecit: Volo et ipsam tibi Veritatem ostendere, quam e coelestibus domiciliis adduxi, nudam ut eam inspiceres eiusque pulchritudinem agnosceres, imo et loquentem audires et prudentiam obstupesceres. Sursum itaque caput intuere *Α* et *Ω*, cervicem vero *Β* et *Ψ*, humeros manusque *Λ* et *Χ*, pectora *Δ* et *Φ*, septum transversum *Ε* et *Υ*, dorsum *Ζ* et *Τ*, ventrem *Η* et *Σ*, femora *Θ* et *Ρ*, genua *Ι* et *Π*, tibias *Κ* et *Ο*, talos *Λ* et *Ξ*, pedes *Μ* et *Ν*. Eiusmodi, ut magus ille fingit, veritatis est corpus; haec elementi figura, hic literae character. Sed elementum ipsum Hominem vocat, fontemque sermonis omnis esse dicit ac vocis omnis principium, et eius omnis quod explicari verbis nequeat, dictionem tacitaeque Siges os quoddam. Ac tale quidem illius corpus extitit. Tu vero, inquit illa, mentis tuae cogitationem sursum attollens sui ipsius genitorem Patrisque datorem, Verbum scilicet, ex ore Veritatis audias.

Quae cum dixisset, tum illum Veritas intuens et os aperiens verbum eloquitur; hoc deinde nomen factum, nomen id ipsum quod cognoscimus loquimurque, Christum Iesum: quem cum nominasset illa repente conticuit. Marco vero plura ut diceret expectante rursum Tetractys in medium procedens, Quam parvi, inquit, sermonem eum facis quem ab ore Veritatis audisti. Non est illud quod nosti aut habere te putas nomen antiquum. Vocem enim illius duntaxat percipis, vim autem ignoras. *Ἰησοῦς* quippe eximium nomen est, sex literis comprehensum, quod vocati a deo omnes intelligunt. Illud vero quod apud Pleromatis Aeonas, multiplex est, alterius est formae diversaeque figurae, quod cognati illius intelligunt, quorum magnitudines apud ipsum perpetuo sunt. Quamobrem viginti qua- Cap. VI.

plura reponi visa est debere. Pseudo-Origenes praebet τὸν γεννήτορα καὶ προπάτορα λόγον.

12. *Ita codd. Vatic. Venet., Vet. Interpr., et edit. Petavii. Edit. princ. et codd. Rhedig. Paris. habent* πατροδόρα.

13. *Coniecerunt* στόματος, *hic et infra sequ. cap., cum Vet. Interpres habeat* ab ore.

Cap. VI. — 1. τοῦτο εἶναι (εἶναι τοῦτο *Pseudo-Origenes*) *cod. Venet., consentiente Pseudo-Origene, et Vet. Interprete,* qui esse *convertit. Reliqui libri habent* γενέσθαι τοῦτο.

2. *Ita corrigendum erat ex Pseudo-Origene secundum Vet. Interpr., qui praebet* quod cum nominasset, statim tacuit. *Epiphanii libri habent* παρ' αὐτῇ καὶ σιωπήν.

3. προσδοκοῦντος *edit. princ. et Pseudo-Origenes.*

4. *Pseudo-Origenes:* φησὶν οὕτως· Ἦ πηλὸν ἡγήσω τὸν λόγον τοῦτον *cett.*

5. δοκεῖς *codd. Venet. Rhedig. Paris. Editi libri habent* δοκοῖς, *mendose.*

6. ἔχον *Pseudo-Origenes, et Vet. Interpr.*

7. ἐγκαλούμενα *habet Pseudo-Origenes.*

8. *Ita rescripsi ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene pro vulgata* αὐτῶν.

γράμματα ἀπορροίας ὑπάρχειν γίνωσκε τῶν τριῶν δυνάμεων εἰκονικὰς, τῶν περιεχουσῶν [9] τὸν ὅλον τῶν ἄνω στοιχείων τὸν ἀριθμόν. Τὰ μὲν [10] γὰρ ἄφωνα γράμματα ἐννέα νόμισον εἶναι, τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Ἀληθείας, διὰ τὸ ἀφώνους αὐτοὺς εἶναι, τουτέστιν ἀῤῥήτους καὶ ἀνεκλαλήτους. Τὰ δὲ ἡμίφωνα ὀκτὼ, ὄντα τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς, διὰ τὸ μέσα ὥσπερ ὑπάρχειν τῶν τε ἀφώνων καὶ τῶν φωνηέντων, καὶ [11] ἀναδέχεσθαι τῶν μὲν ὕπερθεν τὴν ἀπόρροιαν, τῶν δ' [12] ὑπὸ αὐτὰ τὴν ἀναφοράν. Τὰ δὲ φωνήεντα καὶ αὐτὰ ἑπτὰ ὄντα, τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἐπεὶ [13] διὰ τοῦ Ἀνθρώπου φωνὴ προελθοῦσα ἐμόρφωσε τὰ ὅλα. Ὁ γὰρ ἦχος τῆς φωνῆς μορφὴν αὐτοῖς περιεποίησεν. Ἔστιν [14] οὖν ὁ μὲν Λόγος ἔχων καὶ ἡ Ζωὴ τὰ ὀκτὼ, ὁ δὲ Ἄνθρωπος καὶ ἡ Ἐκκλησία τὰ ἑπτὰ, ὁ δὲ Πατὴρ καὶ ἡ Ἀλήθεια τὰ ἐννέα. [15] Ἐπὶ δὲ τοῦ ὑστερήσαντος λόγου ὁ ἀφεδρασθεὶς ἐν τῷ Πατρὶ κατῆλθε, πεμφθεὶς ἐπὶ τὸν ἀφ' οὗ ἐχωρίσθη ἐπὶ διορθώσει τῶν πρα-
pag. 240. χθέντων, ἵνα ἡ τῶν πληρωμάτων ἑνότης [16] ἰσότητα ἔχουσα καρποφορῇ μίαν ἐν πᾶσι τὴν ἐκ πάντων δύναμιν· καὶ οὕτως ὁ τῶν ἑπτὰ τὴν τῶν ὀκτὼ ἐκομίσατο δύναμιν, καὶ ἐγένοντο οἱ [17] τόποι ὅμοιοι τοῖς ἀριθμοῖς Ὀγδοάδες ὄντες, οἵτινες [18] τρεῖς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλθόντες τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀνέδειξαν ἀριθμόν. Τὰ μέν τοι τρία στοιχεῖα ([19] ἅ φησιν αὐτὸς τῶν τριῶν ἐν συζυγίᾳ δυνάμεων ὑπάρχειν, ἅ ἐστιν ἓξ, ἀφ' ὧν ἀπεῤῥύη τὰ εἰκοσιτέσσαρα στοιχεῖα) τετραπλασιασθέντα τῷ τῆς ἀῤῥήτου Τετράδος λόγῳ τὸν αὐτὸν αὐτοῖς ἀριθμὸν ποιεῖ, ἅπερ φησὶ τοῦ ἀνονομάστου ὑπάρχειν· φορεῖσθαι δὲ αὐτὰ ὑπὸ τῶν τριῶν δυνάμεων, εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἀοράτου, ὧν στοιχείων εἰκόνες [20] εἰκόνων τὰ παρ' ἡμῖν [21] διπλᾶ γράμματα ὑπάρχειν, ἃ συναριθμούμενα τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις δυνάμει [22] τῇ κατὰ ἀναλογίαν τῶν τριάκοντα ποιεῖ ἀριθμόν.

Κεφ. ζʹ. Τούτου τοῦ λόγου καὶ τῆς [1] οἰκονομίας ταύτης καρπόν φησιν ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος [2] πεφηνέναι ἐκεῖνον τὸν μετὰ τὰς [3] ἓξ ἡμέρας τέταρτον ἀναβάντα εἰς τὸ ὄρος καὶ γενόμενον ἕκτον, τὸν [4] κρατηθέντα καὶ καταβάντα ἐν τῇ Ἑβδομάδι, ἐπίσημον Ὀγδοάδα ὑπάρχοντα, καὶ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸν ἅπαντα τῶν στοιχείων ἀριθμὸν, [5] ὃν ἐφανέρωσεν ἐλθόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἡ τῆς περιστερᾶς κάθοδος, ἥτις ἐστὶν ω̅ καὶ α̅. [6] Ὁ γὰρ ἀριθμὸς αὐτῆς μία καὶ ὀκτακόσιαι. Καὶ διὰ τοῦτο Μωϋσέα ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν εἰρηκέναι τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι,

9. *Pseudo-Origenes:* τὸν ὅρον καὶ τῶν ἄνω *cett.*

10. γὰρ *om. cod. Venet.*

11. ἀναδεδέχθαι *habet Pseudo-Origenes.*

12. ὑπὸ αὐτὰ *coniectura Petavii est, Pseudo-Origenis testimonio iam firmata. Libri habent* ὑπὲρ αὐτήν. *Vet. Interpres:* quae subsint.

13. καὶ τοῦ *habet Pseudo-Origenes.*

14. οὖν *restituo ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete.*

15. Ἐπὶ δὲ *Pseudo-Origenes. Libri Epiphanii habent* ἐπειδή. *Billio placuit* ἐκ δέ.

16. ἐν τῷ ἀγαθῷ οὖσα *habet Pseudo-Origenes.*

17. tria loca *habet Vet. Interpres. Consentit Pseudo-Origenes.*

18. τρὶς *videtur legisse Vet. Interpres,*

tuor vestras literas scito derivationes esse quasdam ac trium imagines Virtutum, quae totum superiorum elementorum numerum continent. Mutas enim literas novem ad Patrem ac Veritatem pertinere ex eo putare debes quod mutae sunt, hoc est efferri pronuntiarique nequeant. Semivocales octo Verbo Vitaeque tribuendae sunt, eo quod medii cuiusdam generis sunt mutas inter ac vocales, atque et superiorum profluentiam et inferiorum habitudinem ad sese recipiunt. Vocales deinde septem Homo atque Ecclesia sibi vindicant, quoniam vox ab Homine prodiens universa finxit. Vocis enim sonus certam eis formam attribuit. Igitur octo Verbo ac Vitae conveniunt, Homini atque Ecclesiae septem, Patri ac Veritati novem. Quod autem ratio non satis constaret, is qui in Patre stabilitus erat delapsus est, ad eumque a quo seiunctus fuerat eorum quae facta essent constituendorum gratia dimissus, ut Pleromatum unitas aequalitatem habens unam in omnibus virtutem atque ex omnibus velut fructum emitteret, tum demum qui septenas habebat octonarum vim obtinuit, ac loca ipsa tria numerorum sunt facta similia, hoc est Ogdoades, quae quidem loca cum in sese tria concurrissent, numerum viginti quatuor effecerunt. Sed elementa tria (quae totidem virtutibus coniugata esse dicit, quae sunt numero sex, a quibus viginti quatuor elementa profluxerunt) quadrifariam inexplicabilis Tetradis ratione multiplicata, eundemque cum ipsis numerum efficiunt, quae eius quod nominari nequit propria esse dixit. Ea porro a tribus portari virtutibus, ad inaspectabilis exemplar; quorum elementorum imagines duplices esse literas nostras, quae quatuor et viginti literis annumeratae eum numerum conflant, qui triginta proportione respondet.

Cuius rationis administrationisque fructum similitudine quadam Cap. VII.
extitisse censet illum qui post dies sex in montem quartus ascendit, Matth.17,1.
et sextus est factus, qui descendit, et in hebdomade detentus est, qui idem illustris octonarius est, et omnem in sese numerum elementorum complectitur, quem, cum baptismi caussa venisset, columbae allapsus ostendit, quae est *Ω* et *A*. Numerus enim illius Matth.3,16.
est DCCCI. Quae caussa sit, cur Moyses sexto die creatum ho-

si quidem ter *vertit.*

19. *Ita corrigendum erat ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete, qui vertit* quae dicit. *Libri habent* ἀφίησιν.

20. εἰκόνων, *quod cum Pseudo-Origene et Vet. Interprete omnes libri tuentur, Petavius uncinis notavit. Vindicavit Massuetus.*

21. ἓξ διπλᾶ *habet Pseudo-Origenes.*

22. τῇ *reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Epiphanii libri habent* τῶν.

Cap. VII. — 1. ἀναλογίας *Pseudo-Origenes.*

2. πεφηνέναι *codd. Ven. et Paris., Pseudo-Origenes et Vet. Irenaei Interpres. Vulgo* πεφυκέναι.

3. ἡμέρας ἓξ *cod. Ven.*

4. καταβάντα καὶ κρατηθέντα *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.*

5. ὃν *adieci ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene.*

6. δι' ἀριθμοῦ δηλουμένου ὀκτακοσίων ἑνὸς *Pseudo-Origenes.*

καὶ τὴν οἰκονομίαν δὲ [7] ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, ἥτις ἐστὶ παρασκευὴ,
τὸν ἔσχατον ἄνθρωπον εἰς ἀναγέννησιν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πεφηνέ-
ναι· ἧς οἰκονομίας ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ τὴν ἕκτην ὥραν, ἐν ᾗ προς-
ηλώθη τῷ ξύλῳ. Τὸν γὰρ τέλειον Νοῦν ἐπιστάμενον τὸν τῶν ἓξ ἀρι-
16. καὶ *addidi ex codd. Veneto et Vatic., et Vet. Interprete. Pseudo-Origenes:* καὶ ὁμοίωμα τίκτουσαν *cett.*

17. τὴν ἀπόρροιαν *codd. Venet. Rhedig.* κατὰ (*repone* κάτω) τὴν ἀπόρροιαν *Pseudo-Origenes. Vulgata scriptura est* ὑπόρροιαν. *Pro* δύναμιν *Vet. Interpres legit* δυνάμει.

18. ἄμωμον *Pseudo-Origenes.*

19. *Pseudo-Origenes:* εἰς τοῦτο χρόνους καὶ καιρούς, ἀρ. τ. π. πρὸς τὸ αἰώνιον αὐτῆς τεθεῖσθαι. Γενόμενον μὲν οὖν ἐν τῷ πλήθει *cett.*

τε πολυτελεῖς τὸ αἰώνιον αὐτῆς κατατεθεῖσθαι, οἰόμενον ἐν τῷ πλήθει
pag. 250. τῶν χρόνων μιμήσασθαι αὐτῆς τὸ [20] ἀπέραντον. Ἐνταῦθά τε λέγουσιν ἐκφυγούσης αὐτὸν τῆς Ἀληθείας ἐπηκολουθηκέναι τὸ ψεῦδος, καὶ διὰ τοῦτο κατάλυσιν πληρωθέντων τῶν χρόνων λαβεῖν αὐτοῦ τὸ ἔργον.

Κεφ. ιε'. Καὶ περὶ μὲν τῆς κτίσεως τοιαῦτα λέγοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιγεννᾷ ἕκαστος αὐτῶν καθὼς δύναται καινότερόν [1] τι. Τέλειος γὰρ οὐδεὶς ὁ μὴ μεγάλα ψεύσματα παρ' αὐτοῖς καρποφορήσας. Ἐκ δὲ τῶν προφητικῶν ὅσα [2] μεταμορφάζουσιν ἀναγκαῖον μηνύσαντα τὸν ἔλεγχον αὐτοῖς ἐπάγειν. Ὁ γὰρ Μωϋσῆς, φασὶν, ἀρχόμενος τῆς κατὰ τὴν κτίσιν πραγματείας, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν Μητέρα τῶν ὅλων ἐπέδειξεν, εἰπὼν, [3] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τέσσαρα οὖν ταῦτα ὀνομάσας, θεὸν καὶ ἀρχὴν, οὐρανὸν καὶ γῆν, τὴν τετρακτὴν αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διετύπωσε. Καὶ [4] τὸ ἀόρατον δὲ καὶ [5] τὸ ἀπόκρυφον αὐτῆς μηνύοντα εἰπεῖν, Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. Τὴν [6] δὲ δευτέραν Τετράδα γέννημα πρώτης Τετράδος οὕτως αὐτὸν εἰρηκέναι θέλουσιν, ἄβυσσον ὀνομάζοντα, καὶ σκότος [7] ἐν σφίσιν αὐτοῖς, καὶ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι πνεῦμα. Μεθ' ἣν τῆς Δεκάδος μνημονεύοντα [8] φῶς λέγειν, καὶ ἡμέραν, καὶ νύκτα, στερέωμά τε καὶ ἑσπέραν, καὶ ὃ καλεῖται πρωΐ, ξηράν τε καὶ θάλασσαν, ἔτι τε βοτάνην, καὶ δεκάτῳ τόπῳ [9] τὸ ξύλον· οὕτω δὲ διὰ τῶν δέκα ὀνομάτων τοὺς δέκα Αἰῶνας μεμηνυκέναι. Τῆς δὲ Δυοδεκάδος οὕτως ἐξεικονίσθαι παρ' αὐτῷ τὴν δύναμιν. Ἥλιον γὰρ λέγειν, καὶ σελήνην, ἀστέρας τε καὶ καιροὺς, ἐνιαυτούς τε καὶ κήτη, ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ, πετεινὰ καὶ τετράποδα, θηρία τε καὶ [10] ἐπὶ πᾶσι τούτοις δυοδέκατον τὸν ἄνθρωπον. Οὕτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος [11] τὴν Τριακοντάδα διὰ Μωϋσέως εἰρῆσθαι διδάσκουσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πλαστὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῆς μιᾶς [12] πηγῆς δύναμιν, ἱδρῦσθαι δὲ [13] ταύτην ἐν τῷ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ· ἀφ' ἧς ἀπορρεῖν δυνάμεις τέσσαρας κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω Τετράδος καλουμένας τὴν μὲν ὅρασιν; τὴν δὲ ἀκοὴν, τὴν δὲ τρίτην ὄσφρησιν, καὶ τὴν τετάρτην γεῦσιν. Τὴν δὲ Ὀγδοάδα φασὶ μηνύεσθαι διὰ τοῦ Ἀνθρώπου οὕτως, ἀκοὰς μὲν δύο [14] ἔχοντος, καὶ τοσαύτας ὁράσεις, ἔτι τε ὀσφρήσεις δύο, καὶ διπλῆν γεῦσιν, πικροῦ τε καὶ γλυ-

20. ἀόρατον *Pseudo-Origenes.*

Cap. XV. — 1. τι *adieci ex Vet. Interprete.*

2. μεταμορφάζουσιν *codd. Ven. Rhedig. Paris., et ed. Petav.* μεταμορφόζουσιν *ed. princ. Vet. Interpres:* transformantes coaptant. *Billius et Fronto Ducaeus bene correxerunt* μεθαρμόζουσι. *Massuetus* μεταμορφάζοντες μεθαρμόζουσι.

3. *Verba* ἐν ἀρχῇ — — — καὶ γῆν *desiderantur in ed. princ. Petavius primum ea addidit ex cod. Vatic.*

4. τὸ *correxi ex Vet. Interprete. Vulgo extat* τὸν.

5. *Vulgo* τὸν. *Omitt. cod. Venet.*

6. δὲ *particulam, quam legit Vet. Interpres, postulante sententia repetivi ex voc.* δευτέραν. *Desideratur enim in omnibus*

tiplices annorum numeros aeternitatem illam distribuisse, existimasseque posse se temporum coacervata multitudine illius infinitatem adipisci. Ex quo factum illud arbitrantur, ut cum ei se Veritas subtraxisset, repente sit falsitas consecuta. Ideoque completis temporibus illius opus esse solvendum.

Cum haec igitur sit illorum de creatione sententia, quotidie tamen singuli, prout quisque potest, novi aliquid excogitant, ut nemo sit inter eos denique perfectus qui non insigne aliquod mendacium velut fructum proferat. Nunc quae ex prophetarum oraculis ad suos sensus accommodare testimonia solent, commemoranda primum, deinde refellenda sunt. Moyses enim, inquiunt in ipso statim operis aditu, quo de rerum creatione disputat, omnium Matrem commemorat, his verbis: *In principio creavit deus coelum et terram.* Ubi cum quatuor ista nominarit, deum, principium, coelum ac terram, suam asserunt comprehensam esse Tetradem. Quod autem occulta eadem illa nec aspectabilis sit id sequentibus verbis attigisse: *Terra autem erat invisibilis et informis.* Secundam vero Tetradem, qui prioris est fetus, sic Moysen expressisse declarant, cum abyssum et tenebras, aquam atque incubantem aquis spiritum nominavit. Postea Decadis quoque mentionem ibidem fieri, cum lux, dies et nox, firmamentum, vespera, mane, arida, mare, herba, ac decimo tandem loco lignum proponitur. His enim vocabulis decem totidem Aeones intelligi. Nam Dodecadis vim hoc illum adumbrasse modo sentiunt. Quippe solem et lunam, sidera, tempestates, annos, cete, pisces, reptilia, volucres, quadrupedes, feras, ac postremo loco duodecimum hominem proposuisse; eoque modo Triecenarium a Moyse commemoratum existimant. Hominem porro ad supremae virtutis exemplar effictum manantem ab uno fonte vim in sese continere, eamque in cerebro collocatam esse, a quo facultates quatuor profectae coelestem illam Tetradem adumbrant. Sunt autem hae: visus, auditus, olfactus et gustus. Ogdoadem vero sic Hominem referre statuunt: quod et aures duas habeat, oculosque totidem, nares item ad olfaciendum duas, ac duplicem gustum, amari

Cap. XV.

Gen. 1, 1.

Epiphanii libris.

7. in quibus *versio est antiqua.*

8. φῶς *codd. Vatic. Venet., et ed. Petav. cum Vet. Interprete.* σαφῶς *cod. Rhedig. et ed. princ.*

9. τὸ ξύλον *cod. Ven. Vatic. In reliquis libris articulus non comparet.*

10. *Ita corrigenda erant ex Vet. Interprete verba quae vulgo leguntur* πετεινά που τοῖς.

11. *Epiphanii libri habent* τὴν τριάκοντα. *Sed in cod. Rhedig.* τριακοντάδα *primitus fuisse rasura indicat.*

12. πηγὴν δύναμιν *codd. Ven. Vatic. In reliquis libris solum* πηγὴν *extat.*

13. ταύτην *codd. Venet. Vatic. Et ita primitus etiam in cod. Rhedig. scriptum fuisse videtur pro* ταῦτα, *quae vulgata est librorum scriptura.*

14. ἔχοντος *emendationem, quam structura postulat, firmat Vet. Interpres. Vulgo* ἔχοντας.

pag. 251. κέως. Ὅλον δὲ τὸν ἄνθρωπον πᾶσαν τὴν εἰκόνα τῆς Τριακοντάδος οὕτως ἔχειν διδάσκουσιν. Ἐν μὲν ταῖς χερσὶ διὰ τῶν δακτύλων τὴν Δεκάδα βαστάζειν, ἐν ὅλῳ δὲ τῷ σώματι εἰς δεκαδύο μέλη διαιρουμένῳ τὴν Δωδεκάδα. Διαιροῦσι δὲ αὐτὸ καθάπερ τὸ τῆς Ἀληθείας διήρηται παρ' [15] αὐτοῖς σῶμα, περὶ οὗ προειρήκαμεν. Τήν τε οὖν Ὀγδοάδα, ἄρρητόν τε καὶ ἀόρατον οὖσαν, ἐν τοῖς σπλάγχνοις κρυβομένην νοεῖσθαι.

Κεφ. ιϛ'. Ἥλιον δὲ πάλιν τὸν μέγαν φωστῆρα ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν γεγονέναι διὰ τὸν τῆς Τετράδος ἀριθμὸν φάσκουσι· τῆς τε σκηνῆς τῆς ὑπὸ Μωϋσέως κατασκευασθείσης αἱ [1] αὐλαὶ ἐκ βύσσου, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου γεγονυῖαι τὴν αὐτὴν παρ' αὐτοῖς ἐπέδειξαν εἰκόνα· τόν τε τοῦ ἱερέως ποδήρη, τέσσαρσι [2] στοιχείοις λίθων πολυτελῶν κεκοσμημένον τὴν Τετράδα σημαίνειν διορίζονται, καὶ εἴ τινα τοιαῦτα κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς εἰς τὸν τῶν τεσσάρων δυνάμενα ἄγεσθαι ἀριθμὸν, διὰ τὴν Τετρακτὺν αὐτῶν φασι γεγονέναι. Τὴν δὲ Ὀγδοάδα πάλιν δείκνυσθαι οὕτως. Ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἡμερῶν πεπλάσθαι λέγουσιν τὸν ἄνθρωπον. Ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν τῇ ἕκτῃ βούλονται γεγονέναι, ποτὲ δὲ τῇ ὀγδόῃ, εἰ [3] μή τι τὸν μὲν χοϊκὸν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν ἐροῦσι πεπλάσθαι, τὸν δὲ σαρκικὸν ἐν τῇ ὀγδόῃ· διέσταλται γὰρ ταῦτα παρ' αὐτοῖς. Ἔνιοι δὲ ἄλλον θέλουσι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότα ἀρσενόθηλυν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πνευματικὸν, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα. Καὶ τὴν τῆς κιβωτοῦ δὲ [4] οἰκονομίαν ἐν τῷ κατακλυσμῷ, ἐν ᾗ ὀκτὼ ἄνθρωποι διεσώθησαν, φανερώτατά φασι τὴν σωτήριον Ὀγδοάδα μηνύειν, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ, ὄγδοον ὄντα τῇ γενέσει τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, σημαίνειν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν περιτομὴν ὀκταήμερον γινομένην τὸ περίτμημα τῆς ἄνω Ὀγδοάδος δηλοῦν. Καὶ ἁπλῶς ὅσα εὑρίσκεται ἐν ταῖς γραφαῖς ὑπάγεσθαι δυνάμενα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ, τὸ μυστήριον τῆς Ὀγδοάδος ἐκπληροῦν λέγουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν Δεκάδα σημαίνεσθαι διὰ τῶν δέκα ἐθνῶν ὧν ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ εἰς κατάσχεσιν δοῦναι λέγουσι. Καὶ τὴν [5] περὶ Σάρραν δὲ οἰκονομίαν, ὡς μετὰ ἔτη δέκα δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς δούλην Ἄγαρ ἵνα ἐξ αὐτῆς τεκνοποιήσηται, τὸ αὐτὸ δηλοῦν. Καὶ ὁ δοῦλος δὲ Ἀβραὰμ πεμφθεὶς ἐπὶ Ῥεβέκκαν καὶ
pag. 252. ἐπὶ τῷ φρέατι διδοὺς αὐτῇ ψέλια χρυσῶν δέκα, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς κατέχοντες αὐτὴν ἐπὶ δέκα ἡμέρας· ἔτι τε Ῥοβοὰμ ὁ τὰ δέκα σκῆπτρα λαμβάνων, [6] καὶ τῆς σκηνῆς αἱ δέκα [7] αὐλαὶ, καὶ οἱ στύλοι οἱ δεκαπήχεις, καὶ οἱ δέκα υἱοὶ Ἰακὼβ, ἐπὶ τὴν ὠνὴν τοῦ σίτου τὸ πρῶτον εἰς

15. *Ita erat corrigendum ex Vet. Interprete. Nam vulgo extat* αὐτοῖς τοῖς σώμασιν.

Cap. XVI. — 1. *Scripturam* αὐλαῖαι *in Schotti exemplo ex cod. ms. aliquo, uti videtur, annotatam recipere non sum ausus, cum omnes Epiphanii, et meliores, libros una cum Vet. Interprete vulgatam scripturam* αὐλαὶ *viderem tueri. Cf. infra.*

videlicet ac dulcis. Nam totum ipsum hominem universam Tricenarii similitudinem hunc in modum exprimere. Primum in digitis Decadem circumferre. Tum in corpore toto Dodecadem, quod XII in membra dividitur. Ita enim hoc distribuunt, ut et Veritatis corpus, de quo antea diximus. Ogdoadem denique, quae nec explicari sermone nec oculis potest percipi, in visceribus latentem intelligi.

Praeter haec solem, luminare illud magnum, ad indicandum Cap. XVI.
Tetradis numerum quarto die procreatum putant. Quod ipsum Mo- Exod. 26, 1 et 8.
saici tabernaculi aulaea repraesentasse, ex bysso, hyacintho, pur-
pura coccoque contexta. Itidemque sacerdotis talarem tunicam qua- Exod. 28, 17.
tuor lapillorum ordinibus distinctam. Ac si qua sunt eiusdemmodi,
quae in sacris literis ad quaternarium numerum accommodari pos-
sunt, suam ad Tetradem pertinere confirmant. Ogdoadem rursus
hoc fere modo demonstrari. Etenim octavo die formatum hominem
asserunt, quem alias sexto potius productum volunt: nisi forte terre-
strem hominem sexto, carnalem octavo die fabricatum intelligunt.
Haec enim apud illos distincta sunt. Sed nonnulli diversum illum
faciunt qui ad imaginem similitudinemque creatus est dei, quem an-
drogynum constituunt, ab alio qui ex humo formatus est. Quin et Gen. 6.
arcae illius diluvii tempore dispositionem, in qua homines octo libe-
rati sunt, manifeste salutarem ad Ogdoadem spectare pronuntiant, 1. Reg. 16, 10, 11.
ut et Davidem ipsum, qui octavo post fratres loco in lucem est edi-
tus. Addunt et circumcisionem octavo die susceptam coelestis Ogdo- Gen. 17, 12.
adis circumcisionem ostendere. Atque, ut uno verbo dicam, quae-
cumque sacris in libris reperiuntur, quae ad octonarium numerum
trahi utcumque possunt, ad conficiendum Ogdoadis mysterium usur-
pant. Enimvero Decadem per decem illas nationes indicari non du- Gen. 15, 19.
bitant, quarum possessionem deus Abrahamo promiserat. Eodem-
que Sarrae consilium applicant, cum post annos decem ancillam illi Gen. 16, 3.
suam Agarem concessit, liberos ut ex ea susciperet. Quin et Abra- Gen. 24, 22. 55.
ami servus ad Rebeccam missus, qui armillas ei decem aureas ad
puteum obtulit, nec non fratres illius, qui decem dies eam retinue-
runt. Itemque Ieroboamus, cui decem tribus assignatae. Taber- 3. Reg. 11, 31.
naculi quoque cortinae decem, columnaeque cubitorum decem, ac Exod. 16, 1. 26, 8.
Iacobi totidem filii coëmendi frumenti caussa in Aegyptum profecti. Exod. 16. 15. 20. Gen. 42, 3.

2. στοίχοις *Billius et Petavius.* στίχοις *Messuetus.*

3. μήτι τὸν *codd. Ven. Vatic. Rhedig. Vulgo* μὴ τόν.

4. *Vitium ed. princ.* οἶκον μίαν *Petavius sustulit ope cod. Vatic.*

5. περὶ *desideratur in codd. Ven. et Vatic., et in edit. princ.*

6. καὶ τὴν τῆς *cod. Venet.*

7. αὐλαὶ, *uti supra, codd. Ven. Vatic. Rhedig. Paris., et ed. princ., et atria hic quoque vertit Vet. Interpres.* αὐλαῖαι *ed. Petavii.*

Αἴγυπτον πεμφθέντες, καὶ οἱ δέκα ἀπόστολοι, οἷς φανεροῦται μετὰ τὴν ἔγερσιν ὁ κύριος τοῦ Θωμᾶ μὴ παρόντος, τὴν ἀόρατον διετύπουν κατ' αὐτοὺς Δεκάδα.

Κεφ. ιζ'. *Τὴν Δυοδεκάδα δὲ, περὶ ἣν καὶ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους τοῦ ὑστερήματος γεγονέναι, ἐξ οὗ πάθους τὰ βλεπόμενα κατεσκευάσθαι θέλουσιν, ἐπισήμως καὶ φανερῶς πανταχῇ κεῖσθαι λέγουσιν, ὡς τοὺς δώδεκα υἱοὺς [1] τοῦ Ἰακὼβ, ἐξ ὧν καὶ δεκαδύο φυλαὶ, καὶ τὸ λόγιον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα λίθους ἔχον, καὶ τοὺς δώδεκα κώδωνας, καὶ τοὺς ὑπὸ Μωϋσέως τεθέντας ὑπὸ τὸ ὄρος δώδεκα λίθους, ὡςαύτως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ἄλλους εἰς τὸ πέραν, καὶ τοὺς βαστάζοντας τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἠλίᾳ τεθειμένους ἐν τῇ ὁλοκαυτώσει τοῦ μόσχου, καὶ τὸν ἀριθμὸν δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν διασώζει τὴν Δωδεκάδα αὐτῶν χαρακτηρίζειν λέγουσι. Τὴν δὲ τούτων πάντων ἕνωσιν ὀνομαζομένην Τριακοντάδα διὰ τῆς τριάκοντα πηχῶν τὸ ὕψος ἐπὶ Νῶε κιβωτοῦ, καὶ διὰ Σαμουὴλ κατακλίναντος τὸν Σαοὺλ ἐν τοῖς τριάκοντα κλητοῖς πρῶτον, καὶ διὰ Δαβὶδ, ὅτε ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐκρύβετο ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ διὰ τῶν συνειςελθόντων αὐτῷ εἰς τὸ σπήλαιον [2] τριάκοντα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ μῆκος γίνεσθαι τῆς ἁγίας σκηνῆς τριάκοντα πηχῶν· καὶ εἴ τινα ἄλλα ἰσάριθμα τούτοις εὑρίσκουσι, τὴν Τριακοντάδα αὐτῶν διὰ τῶν τοιούτων ἐπιδεικνύναι φιλεριστοῦσιν.*

Κεφ. ιη'. [1] *Ἀναγκαῖον ἡγησάμην προσθεῖναι τούτοις καὶ ὅσα περὶ τοῦ Προπάτορος αὐτῶν, ὃς ἄγνωστος ἦν τοῖς πᾶσι πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐκλέγοντες ἐκ τῶν γραφῶν πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἵν' ἐπιδείξωσι τὸν κύριον ἡμῶν ἄλλον καταγγέλλοντα πατέρα παρὰ τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, ὃν, καθὼς προέφαμεν, ἀσεβοῦντες ὑστερήματος*
pag. 253. *καρπὸν εἶναι λέγουσι. Τὸν γοῦν προφήτην Ἡσαΐαν εἰπόντα, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε, τὴν τοῦ ἀοράτου Βυθοῦ ἀγνωσίαν εἰρηκέναι μεθαρμόζουσι. Καὶ διὰ Ὡσηὲ τὸ εἰρημένον, Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια οὐδὲ ἐπίγνωσις θεοῦ, εἰς τὸ αὐτὸ συντείνειν βιάζονται· καὶ, Οὐκ ἔστιν ὁ συνιὼν ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, ἐπὶ τῆς τοῦ Βυθοῦ ἀγνωσίας τάττουσι. Καὶ τὸ διὰ Μωϋσέως [2] δὲ εἰρημένον, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, εἰς ἐκεῖνον ἔχειν πείθουσι τὴν ἀναφοράν. Τὸν μὲν γὰρ ποιητὴν ἐπιψευδόμενοι ὑπὸ τῶν προφητῶν ἑωρᾶσθαι λέγουσι, τὸ δὲ, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, περὶ τοῦ ἀοράτου μεγέθους καὶ ἀγνώ-*

Cap. XVII. — 1. τοῦ, *quod desideratur in edit. princ., primum ex Vatic. codice adiecit Petavius.*

2. *Reposui genuinam scripturam, quam servavit cod. Venetus, in quo eius quod vulgo legitur commenti* Ἰσραὴλ *loco reperitur numerus* λ̅. *Ceterum cf. ad h. l. interpretes Irenaei.*

Decem insuper apostoli, quibus absente Thoma dominus post resur- Ioann. 20, 24.
rectionem apparuit, hi inquam omnes Decadem illam, quae videri nequit, ex illorum opinione declararunt.

At vero Dodecadis, in qua defectus illa calamitas ac mysterium Cap. XVII.
contigit, qua ex calamitate omnium quae videntur originem manasse definiunt, ubique clara ac manifesta vestigia reperiri praedicant. Cuiusmodi sunt duodecim Iacobi filii, a quibus duodecim propagatae Exod. 28, 4 et 29, 8.
sunt tribus, et rationale opere vario contextum, cui duodecim lapi- Exod. 24, 4.
des assuti, ac tintinnabula totidem. Adde lapides duodecim a Moyse sub monte collocatos, parique numero partim medio in flumine, par- Ios. 4, 3 et 8.
tim in ulteriore ripa ab Iosue positos; quique testamenti arcam sustinuerunt, atque illos insuper, quos in vituli holocausto Elias suppo- 3 Reg. 18, 31.
suisse legitur. Quibus et apostolorum numerus accedit. Denique ubicumque duodenarii numeri aspersa mentio est, id tanquam Dodecadis suae figuram arripiunt. Iam Tricenarium, qui ex illorum omnium coniunctione nascitur, eius arcae, quam Noëmus extruxit, Gen. 6, 15.
tricenum cubitorum altitudo demonstrat. Deinde Samuel qui Saulem 1 Reg. 9, 22.
supra triginta, quos ad epulum invitarat, iussit accumbere. Tum 1. Reg. 20, 15.
insuper David, quatenus triginta totos dies in agro delituit; ut et illi qui ad ipsum se in speluncam aggregarunt. Quam etiam ob caussam triginta cubitos tabernaculi longitudo patuit; ac si qua sunt alia pari comprehensa numero, suum ad tricenarium accommodanda esse acerrime contendunt.

Quibus omnibus adiungenda scripturae testimonia putavi, qui- Cap. XVIII.
bus sua illa de supremo Parente somnia stabilire conantur, qui antequam Christus adveniret, omnibus erat ignotus. Hoc enim demonstrare student, Patrem alium quam universi conditorem a Christo domino fuisse praedicatum: quem etiam, ut ante diximus, ex defectu tanquam fructum effloruisse contendunt. Quod enim Isaias propheta dixit: *Israel vero me non cognovit, et populus me non intellexit,* id Esai 1, 3.
ad illius Bythi, qui discerni oculis nequit, ignorationem accommo- Osc. 4, 1.
dant. Tum illud, quod est apud Oseam, *Non est in ipsis veritas,* Psalm. 13, 3.
neque cognitio dei, eodem referendum existimant. Item, *Non est* Rom. 3, 11. 12.
qui intelligat, aut requirat deum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, ad eandem Bythi ignorationem transferunt. Illud insuper eo pertinere censent, quod apud Moysen legitur, *Nemo videbit deum, et vivet.* Etenim conditorem illi duntaxat a prophetis conspectum fuisse perperam volunt. Istud vero: *Nemo videbit deum, et vivet,* de maiestate illa quae nec aspici possit et ignota sit omnibus pronun-

Cap. XVIII. — 1. *Vet. Interpres videtur legisse* Ἀναγκαῖον δ' ἡγησάμην. *Et hoc reponendum suasit Petavius.*
2. δὲ *non habet cod. Venet.*

στου τοῖς πᾶσιν εἰρῆσθαι [3] θέλουσι. Καὶ ὅτι μὲν περὶ τοῦ ἀοράτου πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων εἴρηται τὸ, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, πᾶσιν ἡμῖν φανερόν ἐστιν, ὅτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ [4] ὑπὸ τούτων παρεπινοουμένου Βυθοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἀόρατος θεὸς, δειχθήσεται τοῦ λόγου προϊόντος. Καὶ τὸν Δανιὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνειν ἐν [5] τῷ ἐπερωτᾶν τὸν ἄγγελον τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν, ὡς μὴ εἰδότα. Ἀλλὰ [6] καὶ τὸν ἄγγελον ἀποκρυπτόμενον ἀπ' αὐτοῦ τὸ μέγα μυστήριον τοῦ Βυθοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, Ἀπότρεχε Δανιήλ· οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι ἐμπεφραγμένοι εἰσὶν, ἕως οἱ συνιέντες συνιῶσι, καὶ οἱ λευκοὶ λευκανθῶσι. Καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς λευκοὺς καὶ εὐσυνιέντας αὐχοῦσι.

Κεφ. ιθ'. Πρὸς δὲ τούτους ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, [1] παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. Προσπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς τοῦ κυρίου [2] ἐν παιδείᾳ τοῦ διδασκάλου αὐτῷ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστὶν, Εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα, πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου [3] κελεύσαντος εἰπεῖν ἀποκρίνασθαι τὸν κύριον, Σύ μοι πρότερον εἰπὲ, Τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα. Καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα. Ἔνια δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κειμένων εἰς τοῦτον τὸν χαρακτῆρα μεθαρμόζουσιν. Ὡς τὴν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ὄντος
pag. 254. ἀπόκρισιν, Οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; Ὃν οὐκ ᾔδεισαν, φασὶ, πατέρα κατήγγελλεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο ἐκπέμψαι τοὺς μαθητὰς εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς, κηρύσσοντας τὸν ἄγνωστον αὐτοῖς θεὸν, καὶ τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν θεὸν ὡμολογηκέναι, εἰπόντα, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστι ἀγαθὸς ὁ πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐρανοὺς δὲ νῦν τοὺς Αἰῶνας εἰρῆσθαι λέγουσι. Καὶ διὰ [4] τὸ μὴ ἀποκριθῆναι τοῖς εἰποῦσιν αὐτῷ, Ἐν ποίᾳ δυνάμει τοῦτο ποιεῖς; ἀλλὰ τῇ ἀντεπερωτήσει ἀπορῆσαι [5] αὐτοὺς, τὸ ἄρρητον τοῦ πατρὸς, ἐν τῷ [6] μὴ εἰπεῖν δεδειχέναι αὐτὸν ἐξηγοῦνται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι, Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα, ἐμφαίνοντός [7] φασιν εἶναι τὸ Ἑνὸς τὸν ἀληθῶς ἕνα θεὸν, ὃν οὐκ ἐγνώκεισαν. Ἔτι ἐν τῷ προσχόντα

3. λέγουσιν *cod. Venet.*

4. ὑπὸ *secundum Vet. Interpretem reponendum erat pro* ἐπὶ *quod libri Epiphanii praebent.*

5. τῷ ἑτέρῳ ἐπερωτᾶν *ed. princ., mendose.*

6. καὶ *non habet cod. Venet.*

Cap. XIX. — 1. παραφέρουσιν *codd. Rhedig. Paris.*

2. *Sic emendo verba corruptissima* τὰ διὰ *quae vulgo in libris reperiuntur. Vet. Interpres habet:* quasi dominus cum puer esset et disceret literas, cum dixisset magister eius *cett. Nec quicquam desiderandum existimo in Graecis Epiphanii. Nam verborum* cum puer esset et disceret literas *sententiam verba* ἐν παιδείᾳ *plene referunt.*

3. κελεύοντος *cod. Venet. — De re narrata v. I. C. Thilonis Cod. Apocr. N. T.*

tiatum affirmant. Verum de summo illo qui videri non potest Patre ac conditore omnium illud ipsum usurpari, *Nemo videbit deum*, facile omnes intelligunt. Idem vero non ad confictum illum ab istis Bythum, sed ad rerum omnium opificem convenire, cumque nec aspectabilem esse deum, a nobis postea demonstrabitur. Addunt id etiam significasse Danielem, cum ab angelo parabolarum interpretationem velut ignarus postulat. Angelum vero magnum Bythi mysterium celare cupientem ita respondisse: *Vade Daniel: quia clausi sunt signatique sermones, quousque intelligentes intelligant, et albi dealbentur.* Se enim albos illos et intelligentes esse glorientur.

Exod. 33, 20. Dan. 12, 9. et 10.

Apocrypharum praeterea et adulterinarum scripturarum, quas ipsimet commenti sunt, infinitam multitudinem obtrudunt, quibus imperitis ac germanarum scripturarum ignaris stuporem obiiciant. Quin illud scelerate confictum proferunt in medium, Christum, puer cum esset literasque disceret, iubenti, ut assolet, praeceptori, Dic alpha, alpha respondisse. Rursum ut Beta diceret praecipienti respondisse dominum, Tu mihi primum quid sit alpha dicito, tum ego quid sit beta respondebo. Quod illi sic interpretantur, quasi solus quod erat ignotum intelligeret, idque sub literae alpha specie declarare vellet. Nonnulla quoque quae in evangelio leguntur ad eandem formam applicant. Velut quod matri suae duodecim natus annos respondit: *Nesciebatis quod in iis quae patris mei sunt oportet me esse?* Quem enim nesciebant, inquiunt, Patrem illis nuntiabat. Quamobrem ut ignotum hactenus Patrem praedicarent, duodecim ad tribus misisse illum discipulos asserunt. Deinde cum alius, *Praeceptor bone!* dixisset, eum qui vere bonus est deum diserte confessum fuisse. *Quid me*, inquit, *dicis bonum? Unus est bonus, Pater qui in coelis est.* Coelorum porro nomine Aeonas modo accipiendos esse. Quod autem percontantibus, *In qua potestate hoc facis?* respondit nihil, sed aliam eius quaestionem proposuit, declaratum illud eo silentio putant summum Patrem nullis posse verbis explicari. Velut etiam ita cum locutus est: *Saepe ego desideravi unum ex illis sermonibus audire, nec qui diceret habui*, aperte, inquiunt, unum ostendit esse deum, quem minime illi cognoscent. Ad haec cum Hieru-

Cap. XIX. Luc. 2, 49. Matth. 19, 17. Luc. 20, 2.

tom. I. p. 12. cap. 48.

4. τοῦ *cod. Venet.*

5. πρὸς αὐτοὺς *coniecit Petavius.*

6. μὴ *particula abest ab omnibus libris. Vet. Interpres:* inenarrabile patris in eo quod non dixerit non ostendisse cum interpretantur, *ubi alterum illud non ante voc.* ostendisse *cum Grabio et Feuardentio delendum esse arbitror.*

7. φασιν εἶναι τὸ *correxi ego atque reposui pro eo quod libri tenent* φασι δεῖν διὰ τοῦ. *Quod vitium (antiquissimum, uti videtur) partim traxit etiam Latinus Interpres, qui vertit:* Sed et in eo quod dixerit — — — manifestantis dicunt esse per hoc Unum *cett.*

αὐτὸν τῇ Ἱερουσαλὴμ δακρύσαι ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰπεῖν, Εἰ ἔγνως [8] καὶ σὺ σήμερον τὰ πρὸς εἰρήνην, ἐκρύβη δὲ [9] ἀπὸ σοῦ, διὰ τοῦ Ἐκρύβη ῥήματος τὸ ἀπόκρυφον τοῦ Βυθοῦ δεδηλωκέναι. Καὶ πάλιν εἰπόντα, Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ. Τὸν τῆς ἀληθείας πατέρα κατηγγελκέναι. Ὃ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν, [10] φασὶ, τοῦτο αὐτοῖς ὑπέσχετο διδάξειν. [11] Ἀπόδειξιν δὲ τὴν ἀνωτάτω καὶ οἱονεὶ κορωνίδα τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν φέρουσι ταῦτα· [12] Ἐξομολογήσομαί σοι, πάτερ κύριε τῶν οὐρανῶν καὶ [13] τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας αὐτὰ ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Οὐὰ ὁ πατήρ μου, ὅτι ἔμπροσθέν σου εὐδοκία μοι ἐγένετο Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς [14] ἀποκαλύψῃ. Ἐν τούτοις διαῤῥήδην φασὶ δεδειχέναι αὐτὸν, ὡς τὸν ὑπ' [15] αὐτῶν παρεξευρημένον πατέρα ἀληθείας πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ μηδενὸς πώποτε ἐγνωκότος, καὶ κατασκευάζειν θέλουσιν, ὡς τοῦ ποιητοῦ καὶ κτιστοῦ ἀεὶ ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένου, καὶ ταῦτα τὸν κύριον εἰρηκέναι περὶ τοῦ ἀγνώστου τοῖς πᾶσι Πατρὸς, ὃν αὐτοὶ καταγγέλλουσι.

Κεφ. κ'. Τὴν δὲ τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτοῖς παράδοσιν συμβέβηκεν ἀόρατον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον, ἅτε τῶν ἀκρατήτων καὶ ἀοράτων μητέρα ὑπάρχουσαν, καὶ διὰ τοῦτο ἄστατον οὖσαν οὐχ ἁπλῶς, [1] οὐδὲ ἑνὶ λόγῳ, ἀπαγγεῖλαι ἔστι· διὰ τὸ [2] ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καθὼς αὐτοὶ βούλονται,
pag. 255. παραδιδόναι αὐτήν. Ὅσοι γάρ εἰσι ταύτης τῆς γνώμης μυσταγωγοὶ, τοσαῦται καὶ ἀπολυτρώσεις. Καὶ ὅτι μὲν εἰς ἐξάρνησιν τοῦ βαπτίσματος τῆς εἰς θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πάσης τῆς πίστεως ἀπόθεσιν, ὑποβέβληται τὸ εἶδος [3] τοῦτο ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐλέγχοντες αὐτοὺς ἀπαγγελοῦμεν ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ. Λέγουσι δὲ αὐτὴν ἀναγκαίαν εἶναι τοῖς τὴν τελείαν γνῶσιν εἰληφόσιν, ἵνα εἰς τὴν ὑπὲρ πάντα δύναμιν ὦσιν ἀναγεγεννημένοι. Ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἐντὸς Πληρώματος εἰσελθεῖν, ἐπειδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ εἰς [4] τὸ βάθος κατάγουσα αὐτούς. Τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα τοῦ φαινομένου Ἰησοῦ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦ ἐν αὐτῷ [5] Χριστοῦ κατελθόντος εἰς τελείωσιν, καὶ τὸ μὲν ψυχικὸν, τὴν δὲ πνευματικὴν εἶναι ὑφίστανται, καὶ τὸ μὲν βάπτισμα ὑπὸ Ἰωάννου κατηγγέλθαι εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν ὑπὸ

8. καὶ *om. cod. Rhedig.*

9. ἀπὸ *cum Billio restituendum duxi. Abest enim ab omnibus libris.*

10. *Epiphanii libri habent* φησὶ.

11. *Vox* Ἀπόδειξιν (*vel, si mavis,* Δίδαξιν), *quae incuria librariorum prorsus interierat, repetenda erat ex vocabulo* διδάξειν, *quod antecedit. Vet. Interpres habet* Ostensionem autem superiorum, et velut finem *cett., videturque legisse* τῶν ἀνωτάτω.

12. Confiteor *habet Vet. Interpres.*

13. τῆς *om. cod. Ven.*

14. ἀποκαλύψει *cod. Venet.*

15. αὐτῶν *codd. Venet. Rhedig. Reliqui libri* αὐτὸν.

salem accedens *flevit super eam, et dixit, Si cognovisses et tu, et qui-* Luc. 19, 42.
dem in hac die, quae ad pacem sunt tibi: nunc autem abscondita sunt
tibi, vocabulo isto, *abscondita sunt*, occultam Bythi naturam abstru-
samque demonstravit. Quemadmodum et hisce verbis: *Venite ad me* Matth. 11, 28.
omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos; et, *Discite*
a me etc. Veritatis parentem indicasse confirmant. Quod enim igno-
rabant, inquiunt, hoc se illos edocturum recepit. Postremo hanc
velut arcem probationis suae ac fastigium proferunt, quod idem do-
minus dixit: *Confiteor tibi Pater domine coeli ac terrae, quia abscon-* Luc. 10, 21.
disti a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita pater,
quoniam coram te beneplacitum est mihi. Omnia mihi tradita sunt a
Patre meo: et nemo novit Patrem nisi Filius, et Filium nemo novit nisi
Pater et cui voluerit filius revelare. Quibus verbis evidenter hoc ab
illo declaratum existimant, quem ipsi Veritatis Parentem temere
commenti sunt, hunc antequam Christus venisset nemini fuisse co-
gnitum, contra vero istud colligi, conditorem ac creatorem perpe-
tuo manifestum omnibus fuisse. Haec enim omnia de ignoto illo
Parente, quem ipsi praedicant, a Christo pronuntiata non dubitant.

Quod autem ad redemptionem pertinet, eam neque aspici ne- Cap. XX.
que comprehendi animo posse definiunt; utpote, quae eorum mater
sit quae peraeque contineri ac videri nequeant. Quare cum incon-
stans atque instabilis sit, non una illam ac simplex oratio complecti
potest, quoniam ab unoquoque illorum pro suo nutu ac voluntate
traditur. Quot enim sunt illius dogmatis ac mysteriorum antistites,
totidem et redemptiones esse dicunt. Enimvero totam illam speciem
atque pompam eiurandi baptismatis iterataeque illius a deo generatio-
nis gratia et abiiciendae fidei a Satana confictam esse, suo loco, cum
illos refutabimus, ostendetur. Sed illam necessariam omnino redem-
ptionem iis esse statuunt qui perfectam scientiam adepti sunt, ut ad
supremam omnium virtutem denuo gignantur. Aliter enim omnem
ad Pleroma aditum intercludi, cum haec illa sit quae eos ad Bythi
profunda perducat. Nam baptismum apparentis illius Iesu condemna-
tionem duntaxat prae se ferre criminum, redemptionem vero Christi,
qui se in Iesum insinuaverat, perfectum ad statum absolutumque
spectare. Illum animalem esse, hanc vero spiritalem. Praeterea Matth. 3, 15.
baptismum a Ioanne capessendae poenitentiae caussa denuntiatum,

Cap. XX. — 1. οὐδενὶ λόγῳ *cod. Rhedig.*
2. *Libri Epiphanii habent* ἓν *pro* ἕνα.
3. τοῦτο ὑπὸ *codd. Vatic. Venet. Vulgo* τοῦ ὑπὸ.
4. *Vet. Interpres cum praebeat* quae in profundum Bythi deducit, secundum eos, *videtur legisse* τὸ Βυθοῦ βάθος κατάγουσα, κατ' αὐτούς.
5. spiritus *habet Vet. Interpres, ut* πνεύματος *pro* Χριστοῦ *legisse videri possit.*

Ἰησοῦ κεκομίσθαι εἰς τελείωσιν, καὶ [6] τοῦτ' εἶναι περὶ οὗ λέγει, Καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. Ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου τῆς μητρὸς αὐτῶν αἰτουμένης τὸ καθίσαι αὐτοὺς ἐκ δεξιῶν [7] καὶ ἀριστερῶν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν, ταύτην προσθεῖναι τὴν ἀπολύτρωσιν τὸν κύριον λέγουσιν, εἰπόντα, Δύνασθε τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτίζεσθαι; Καὶ τὸν Παῦλον ῥητῶς φάσκουσι τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀπολύτρωσιν πολλάκις μεμηνυκέναι, καὶ εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' αὐτῶν ποικίλως καὶ ἀσυμφώνως παραδιδομένην.

Κεφ. κα'. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιρρήσεών τινων τοῖς τελειουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω Συζυγιῶν· οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν· Εἰς ὄνομα ἀγνώστου Πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς Ἀλήθειαν Μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. Ἄλλοι δὲ Ἑβραϊκά τινα ὀνόματα ἐπιλέγουσι, πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι τοὺς τελειουμένους, οὕτως· Βασεμὰ, [1] Χαμοσσὴ, [2] Βααιανορὰ, Μισταδία, Ῥουαδὰ, [3] Κουστὰ, Βαβοφὸρ, Καλαχθεῖ. Τούτων δ' ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν τοῦ πατρὸς ἐπικαλοῦμαι φῶς ὀνομαζόμενον, καὶ πνεῦ-
pag. 256. μα ἀγαθὸν, καὶ ζωὴ, ὅτι ἐν σώματι ἐβασίλευσας. Ἄλλοι δὲ πάλιν τὴν λύτρωσιν ἐπιλέγουσιν οὕτως· τὸ ὄνομα τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ πάσης θεότητος καὶ κυριότητος καὶ ἀληθείας, ὃ ἐνεδύσατο Ἰησοῦς ὁ Ναζαρηνὸς ἐν ταῖς ζωαῖς τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ, Χριστοῦ ζῶντος διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς λύτρωσιν ἀγγελικὴν ὄνομα τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως [4] Μεσσία, Οὐφαρὲγ, [5] Ναμεμψαιμὰν, Χαλδαίαν, Μοσομηδαέα, [6] Ἀκφραναὶ, Ψαούα, Ἰησοῦ Ναζαρία. Καὶ τούτων δὲ ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· [7] Οὐ διαιρῶ τὸ πνεῦμα τὴν καρδίαν καὶ τὴν ὑπερουράνιον δύναμιν, τὴν οἰκτίρμονα· ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου Σωτὴρ Ἀληθείας. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπιλέγουσιν οἱ αὐτοὶ [8] οἱ τελοῦντες· ὁ δὲ τετελεσμένος ἀποκρίνεται, Ἐστήριγμαι, καὶ λελύτρωμαι, καὶ λυτροῦμαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰαὼ, ὃς ἐλυτρώσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ἀπολύτρωσιν ἐν τῷ Χριστῷ τῷ ζῶντι. Εἶτ' ἐπιλέγουσιν οἱ παρόντες, Εἰρήνη πᾶσιν ἐφ' οὓς τὸ ὄνομα τοῦτο [9] ἐπαναπαύεται. Ἔπειτα μυρίζουσι τὸν τετελεσμένον τῷ ὀπῷ τῷ [10] ἀπὸ βαλσάμου. Τὸ γὰρ μῦρον τοῦτο τύπον τῆς

6. ταῦτ' cod. Venet.
7. καὶ ἐξ ἀριστερῶν cod. Venet.
Cap. XXI. — 1. χασιμὴ codd. Rhedig. et Paris.
2. βααιανοορὰ codd. Rhedig. et Paris.
3. κουκὰ cod. Rhedig. et Paris. — Cf. de hac Gnosticorum formula interpretes ad Irenaeum I, 21, 3.
4. μοσσία cod. Paris.
5. νεμεμψαιμάν cod. Paris.

redemptionem a Iesu obtinendae gratia perfectionis invectam. Atque hoc esse, quod his verbis testatum reliquerit: *Baptismo alio habeo baptizari, et ad illum omnino festino.* Luc. 12, 50. Imo etiam Zebaedaei filiis, cum eorum mater a se postulasset, ut eos secum ad dextram sinistramque suam in regno considere iuberet, Matth. 20, 21. eandem illam redemptionem proposuisse dominum putant, his verbis: *Potestis baptismate baptizari, quo ego baptizandus sum?* Marc. 10, 38. Paulum insuper redemptionem in Christo Iesu persaepe commemorasse praedicant; quam eandem ipsam esse volunt de qua varia secumque minime cohaerentia disputant.

Nam alii Thalamum nescio quem construunt, eosque quos suas Cap. XXI. ad ceremonias admittunt certis ritibus ac carminibus initiant, ac quod ipsi gerunt, spiritales nuptias appellant, ad coelestium coniugiorum imitationem expressas. Alii ad aquam perductos tingunt hac verborum formula: *In nomine ignoti Patris omnium, in Veritate omnium Matre, in eo qui in Iesum delapsus est, in unione et redemptione communioneque Virtutum.* Sunt et qui Hebraicas voces proferant, quo maiorem initiatis horrorem iniiciant, hoc modo: *Basema, Chamosse, Baaenora, Mistadia, Rhuada, Custa, Babophor, Kalachthei.* Quorum haec est sententia: *Supra omnem Virtutem Patris Lumen quod vocatur imploro; nec non et Spiritum bonum, et Vitam, quoniam in corpore regnasti.* Quidam ita redemptionem concipiunt. Arcanum et occultum ab omni divinitate dominatuque ac veritate nomen, quod Iesus Nazarenus induit, in vitis luminis Christi, Christi, inquam, viventis per Spiritum sanctum, in redemptionem angelicam; nomen restitutionis: *Messias, Uphareg, Namempsaeman, Chaldaean, Mosomedaea, Acphranae, Psaua, Iesu Nazaria.* Quae hoc modo interpretari possumus: *Non divido Spiritum, Cor Virtutemque coelo subliminorem, misericordem: macte sim nomine tuo Salvator Veritatis.* Haec dum ab antistitibus prolata sunt, tum qui sacris initiatur ita respondet: *Confirmatus sum ac redemptus: et anima mea ab hoc seculo omnibusque quae ab eo sunt redimitur in nomine Iao, qui ipsius redemit animam in redemptionem in Christo vivente.* Ad haec praesentes omnes subiiciunt: *Pax omnibus in quibus nomen istud requiescit.* Deinde opobalsamo initiatum perungunt. Quod unguenti genus fragran-

6. ἐκφραναί ψαούα *cod. Paris.* ἀκφραναί ψευούα *cod. Rhedig.* ἀκψαρναιψεύουσα *cod. Venet. — De interpretatione huius formulae, si placet, adeas doctorum hominum ad Irenaeum l. l. adnotata. Cf. etiam infra haer.* 36, 2. *ubi eadem repetuntur.*

7. Christi non divido spiritum, cor *celt. legitur apud Vet. Interpretem.*

8. οἱ *adieci de auctoritate codd. Vatic. et. Venet.*

9. ἐπαναπέπαυται *cod. Venet.*

10. ἀπὸ τοῦ βαλσάμου *codd. Rhedig. Paris.*

ὑπὲρ τὰ ὅλα εὐωδίας εἶναι λέγουσιν. Ἔνιοι δ' αὐτῶν τὸ μὲν ἄγειν ἐπὶ τὸ ὕδωρ περισσὸν εἶναι φάσκουσι, μίξαντες δὲ ἔλαιον καὶ ὕδωρ ἐπιτοαυτὸ μετ' ἐπιῤῥήσεων ὁμοιοτρόπων αἷς προειρήκαμεν ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τῶν τελειουμένων, καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν ἀπολύτρωσιν θέλουσι. Μυρίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ βαλσάμῳ. Ἄλλοι δὲ ταῦτα πάντα παραιτησάμενοι φάσκουσι μὴ δεῖν τὸ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι' ὁρατῶν καὶ φθαρτῶν ἐπιτελεῖσθαι κτισμάτων, καὶ τῶν ἀνεννοήτων καὶ ἀσωμάτων δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν, εἶναι δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν αὐτὴν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἀῤῥήτου μεγέθους· ὑπ' ἀγνοίας γὰρ ὑστερήματος καὶ πάθους γεγονότων διὰ γνώσεως καταλύεσθαι πᾶσαν τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας σύστασιν, ὥςτε εἶναι τὴν γνῶσιν ἀπολύτρωσιν τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου. Καὶ μήτε σωματικὴν ὑπάρχειν αὐτὴν, φθαρτὸν γὰρ τὸ σῶμα, μήτε ψυχικὴν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ ἐξ ὑστερήματος, καὶ [11]ἔστι τοῦ Πατρὸς ὥςπερ οἰκητήριον. Πνευματικὴν οὖν δεῖ καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν. Λυτροῦσθαι γὰρ διὰ [12]γνώσεως τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸν πνευματικὸν, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει, καὶ ταύτην εἶναι λύτρωσιν ἀληθῆ.

ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΑ ΥΠΟ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ.

Κεφ. κβ'. pag. 257. Ταύτην τὴν πᾶσαν ἀκριβῆ ἔρευναν ὁ μακάριος πρεσβύτης Εἰρηναῖος ἐποιήσατο, [1]καθ' εἱρμὸν πάντα ἐνθέμενος τῆς αὐτῶν πάσης παραπεποιημένης διδασκαλίας. Διόπερ δὴ, ὡς καὶ ἤδη μοι προδεδήλωται, [2]ὅτι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐσπουδασμένοις ἀρκεσθέντες, πάντα πρὸς ἔπος, ὡς παρ' αὐτῷ ἐμφέρεται, παρεθήκαμεν. Ἀνατραπήσονται γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς εἰς ἀντίθεσιν τῆς αὐτῶν μοχθηρίας εἰρημένων. Ἡμεῖς γὰρ πιστεύομεν, ὡς πάντη ἡ ἀλήθεια ὑποφαίνει, καὶ ὁ εὔλογος λογισμὸς ὑποτίθεται, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας κανόνι συμπεφώνηται, τῷ τε νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν πατριάρχαις κατὰ ἀκολουθίαν, τῇ τε αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος διδαχῇ, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων σαφῶς ἡμᾶς διδασκόντων ἕνα ὁμολογεῖν θεὸν πατέρα, παντοκράτορα τῶν ὅλων, καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, μίαν ἁγίαν τριάδα ἄκτιστον, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξ οὐκ ὄντων γενομένων μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. Οὕτως τε παρὰ πάντων τῶν προειρημένων ἁγίων προφητῶν τε καὶ εὐαγγελιστῶν καὶ ἀποστόλων σαφῶς ὡμολογημένων καὶ πεπιστευμένων οὐκ ἂν δυνηθείη κυβευτική τις ἐπίνοια ἀντισχεῖν πρὸς τὴν

11. ἔτι *correxerunt quidam.*
12. γνώσεως *correxi ex Vet. Interprete.* μωσέως *ed. princ.* Μωϋσέως *edit. Petav.*

Cap. XXII. — 1. καθ' εἱρμὸν πάντα *cod. Rhedig.* καθ' εἱρμὸν μὲν πάντα *edd. princ. et Petav.* καθ' εἱρμὸν ταῦτα *cod. Vatic.*

tissimi illius odoris qui supra omnia est imaginem esse censent. Non desunt inter illos qui ad aquam perducere supervacaneum arbitrantur, sed oleum aqua temperatum cum solennibus eiusmodi carminibus, qualia nos paulo ante retulimus, initiatorum capitibus inspergant, idque demum redemptionem nominent, quamquam balsamo ipsi etiam inungunt. Alii contra repudiatis iis omnibus negant eius virtutis, quae nec oculis cerni nec sermone declarari possit, mysterium per aspectabiles corruptibilesque creaturas posse perfici; eorum, inquam, quae cogitationem omnem fugiunt, corporisque sunt expertia, ad ea quae sensibus percipiuntur corporeaque sunt oportere demitti. Perfectam itaque redemptionem ipsam esse magnitudinis inexplicabilis notitiam. Cum enim defectus omnis et perturbatio ab ignorantia proficiscatur, quicquid ex ea conflatum est, illa ratione destrui; adeo ut cognitio interioris sit hominis redemptio: ac neque corporea sit, corpus enim corruptionis capax est, nec animalis, quod anima ex defectu prodierit, sitque velut Parentis domicilium. Quare et spiritalis redemptio sit oportet. Etenim per Moysen interior homo ac spiritalis redimitur. Proinde universorum se esse dicunt cognitione contentos, eamque germanam redemptionem appellant.

HACTENUS IRENAEUS.

Hanc beatissimus ille senex Irenaeus erroris istius accuratam inquisitionem instituit, omnemque commentitii dogmatis seriem ordinemque proposuit. Quamobrem, ut initio praefati sumus, iis contenti quae ab illo magno studio sunt elaborata, cuncta prout in eius opere continentur ad verbum exscripsimus. Facile enim ex iis quae a sanctissimo viro ad illius refellendam improbitatem prodita sunt everti profligarique poterunt. Nos enim id quod veritas ipsa prae se omnino fert, quodque et prudens ratio persuadet et veritatis regulae consentaneum est, legi ac prophetis et patriarchis, qui sibi invicem successerunt, nec non tam salvatoris ipsius quam apostolorum doctrinae credimus, a quibus manifeste didicimus unum confiteri deum universorum patrem omnipotentem, ac dominum nostrum Iesum Christum, et Spiritum sanctum, unam sanctam increatamque trinitatem; cum cetera post Patrem et Filium et Spiritum sanctum ex nihilo producta sint. Quae quidem omnia cum iis quos commemoravi sanctissimis viris, prophetis, evangelistis et apostolis sine ulla ambiguitate credita confessaque fuerint, nullae eiusmodi erunt artes ac praestigiae, quae veritatis luci ac splendori possint obsi- Cap. XXII.

2. *Rescribo* ἄτε.

ἀκτῖνα τῆς ἀληθείας, ὥς γε ἡμῖν πολλάκις κατὰ πλάτος εἴρηται ἐν τῇ πρὸς ἑκάστην αἵρεσιν ὑποθέσει· ὡς ἐξάπαντος φωρᾶσθαι καὶ τοῦτον ἀγύρτην καὶ θανατοποιὸν ἰσοτύπως ταῖς προειρημέναις ἐπιδείξεως χάριν καὶ περιεργίας τὰ μεγάλα ταῦτα καττύσαντά τε καὶ μηχανησάμενον.

Κεφ. κγ΄. Παρελθόντες δὲ καὶ τὴν τούτου μοχθηρίαν, καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ Μαρκωσίων λεγομένων, ἐπὶ τὰς ἑξῆς σπεύσωμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, τὰς αὐτῶν ῥίζας πάλιν ἀνερευνῶντες, καὶ τῶν καρπῶν αὐτῶν τὴν πικρίαν ἀφανίζοντες, τήν τε ἀνατροπὴν καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς πάντα ἐπιδεικνύντες, οὐκ εἰς βλάβην τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλὰ εἰς ἀποτροπὴν, πρὸς τὸ μὴ πλησιάσαι μιᾷ τῶν προειρημένων αἱρέσεων, ἢ τῶν μετέπειτα, ἀλλὰ ἀναγνόντας τὰ γεγραμμένα παρ' αὐτοῖς, καὶ γνόντας τὰ ᾀδόμενα, καὶ καταγνόντας τῆς ἑκάστης αὐτῶν πλάνης τε καὶ ἑρπετώδους μοχθηρίας,
pag. 258. ἀποφεύγειν τε καὶ, ὡς εἶπον, μὴ πλησιάζειν. Διψάδα γάρ τινα ἔχιδνάν φασιν οἱ ἱστορήσαντες ἰοῦ λύμην τοιάνδε ἐμποιεῖν. Ἐν τόποις γάρ τισιν, ὅπου πύελοι ἐν ταῖς πέτραις ἢ λιβάδες εἰσὶ μικραὶ ἀπὸ πετρῶν χεόμεναι εἰς ὑποδοχήν τινα, ἡ αὐτὴ διψὰς ὕδωρ εὑρίσκουσα καὶ πιοῦσα τὸν ἰὸν ἐμβάλλει μετὰ τὸ πιεῖν εἰς τὰς προειρημένας στάσεις τῶν ὑδάτων, ὥςτε πᾶν ζῶον πλησιάσαν καὶ ποτοῦ κορεσθὲν δοκεῖν μὲν ὠφελεῖσθαι ἐκ τοῦ μεταλαβεῖν, εὐθὺς δὲ παρὰ τὸ ὑποδόχον τῶν ὑδάτων ἐκ τοῦ ἰοῦ τῆς διψάδος ὑποδεξάμενον καταπίπτειν καὶ θνήσκειν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τινα πλήξειεν ἡ αὐτὴ διψὰς, ἀπὸ τοῦ περισσοτέρως ἐν αὐτῇ καυστικοῦ ἰοῦ ἐπὶ ὄρεξιν δίψης καὶ πόματος προτρέποιτο πάθος τῆς ἀλγηδόνος, προςφέρεσθαί τε ἀεὶ καὶ πίνειν [1] ἐρεθίζειν. [2] Νομίζει δέ τι ὠφελεῖσθαι πρὸς τὴν λύμην ὁ πληγεὶς ὁσάκις τῆς τοιαύτης θανατηφόρου ἀλγηδόνος λαμβάνει, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ πληρωθείσης τῆς γαστρὸς, καὶ μηκέτι ὑποδεχομένης, ὕστερον σὺν τῷ πόματι τὸ πνεῦμα ἀφίησιν. Οὕτω καὶ οὗτος ὑπὸ πόματος τὸν θάνατον τοῖς παρ' αὐτοῦ ἠπατημένοις ἐξεργάζεται. Οὗπερ ἰοῦ ἐν δυνάμει θεοῦ ῥυσθέντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν.

ΚΑΤΑ ΚΟΛΟΡΒΑΣΙΩΝ,

πεντεκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ πέμπτη

Κεφ. α΄. Κολόρβασος τούτοις ἕπεται ἀπὸ τῆς τοῦ προειρημένου Μάρκου γοητείας τὸν ἔρανον ποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου ῥίζης σκολόπων δίκην ἀναφύσας, [1] ἕτερα πάλιν παρὰ [2] τούτους ἐνοχλεῖν τῷ κόσμῳ κέντρων δίκην ἐπενόησε, δῆθεν μείζονα φαντασίαν, ὡς ἄνωθεν ἥκων, μηχανώμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα σὺν τῷ Μάρκῳ ὑπάρ-

Cap. XXIII. — 1. *Rescribo* ἐρεθίζον.
2. νομίζει *cod. Vatic. et inde edit. Petav. Vulgo* νομίζειν.

stere; quemadmodum in singulis refutandis haeresibus saepe ac copiose monstravimus. Adeo ut eadem qua in ceteris ratione detectum sit, nebulonem illum ac pestiferum hominem sola ostentatione sui ac curiositate ductum ad tam immania portenta fingenda fabricandaque venisse.

Nunc illius ac Marcosiorum impietate praeterita ad alias transeamus, earumque et evellamus radices et amarissimos fructus tollamus e medio, ac quemadmodum refelli possint, quaeque ad ipsos pertinent universa referamus; non ut legentibus fraudi ista sint, sed ut ab illis abhorreant, neque ad unam aliquam earum quas exposuimus aut insequentium accedant, sed ubi quae ab illis scripta sunt legerint, saepiusque decantata cognoverint, illorum erroribus ac venenata improbitate damnata fugiant procul, ac propius se conferre vereantur. Dipsadem qnandam e viperarum genere esse memoriae proditum est, quae istiusmodi virus immittat. Cum enim excavatis in rupibus, quae stillantem e saxis liquorem excipiunt, aquam nacta biberit, eam postea veneno suo sic inficit, ut si quod animal deinceps ex ea potaverit, cum iuvari ac sitim relevare visum fuerit, ad venenatum ipsum aquae receptaculum subito moriatur ac concidat. Quod si quem illa momorderit, ignea veneni vis vehementius grassans ingentem sitim affert, et ad assidue potandum intolerabili cum dolore compellit. Cui quidem letifero dolori dum ita se remedii afferre aliquid existimat, in eodem loco ventre distento nec humoris quicquam amplius capiente, cum potu mox animam profundit. Sic ille cum inexhausta potus aviditate suis exitium consciscit. Sed nos ab eo veneno divina ope liberati reliquas ad haereses transeamus. Cap. XXIII.

CONTRA COLORBASIOS,
quae est haeresis XV. sive XXXV.

Sequitur Colorbasus, qui ab iisdem Marci praestigiis suas ineptias corrogavit. Quin et ex Ptolemaei radicibus sentium ac spinarum instar erumpens novas quasdam opiniones commentus est, quibus velut aculeis homines infestaret, dum maiores nugas ac somnia velut e coelo delapsus effutiit. Fuit ei primum cum Marco societas Cap. I.

Cap. I. — 1. *Fortasse* ἑτέρα. 2. *Ita rescripsi. Libri habent* τούτοις.

χων ὁμοιογνώμονι αὐτῷ, δίκην δικεφάλου ὑπαρχούσης τῆς αὐτῶν αἱρέσεως, ὕστερον δὲ ὡς κεφαλὴ ἀπὸ σώματος ἑρπετοῦ τμηθεῖσα, καὶ ἔτι ἐμπνέουσα, πολλοὺς ἀφανίσας ἠδίκησεν, ὡς δῆθεν μεῖζόν τι καὶ ἐμπειρότερον παρὰ [3] τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ τοὺς πρώτους δεικνύς. Λέγει γὰρ τὴν πρώτην Ὀγδοάδα οὐ καθ' ὑπόβασιν ἄλλων ὑπὸ ἄλλου [4] Αἰώνων
pag. 259. προβεβλῆσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ εἰς ἅπαξ τὴν τῶν [5] ἓξ Αἰώνων προβολὴν ὑπὸ τοῦ Προπάτορος καὶ τῆς Ἐννοίας αὐτοῦ τετέχθαι, ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος διαβεβαιοῦται. Καὶ οὐκέτι ἐκ Λόγου καὶ Ζωῆς Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ ἐξ Ἀνθρώπου, ὡς οἱ ἄλλοι, καὶ Ἐκκλησίας, Λόγον καὶ Ζωήν φασι τετέχθαι αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἑτέρῳ τρόπῳ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι ὅπερ ἐνενοήθη προβαλεῖν ὁ Προπάτωρ, τοῦτο Πατὴρ ἐκλήθη, ἐπεὶ δὲ ὃ προεβάλετο Ἀλήθεια ἦν, τοῦτο Ἀλήθεια ὠνομάσθη. Ὅτε οὖν ἠθέλησεν ἐπιδεῖξαι [6] αὐτὸν, τοῦτο Ἄνθρωπος ἐλέχθη. Οὓς δὲ προελογίσατο ὅτε προέβαλε, τοῦτο Ἐκκλησία ὠνομάσθη. Καὶ ὁ Ἄνθρωπος τὸν Λόγον· οὗτός ἐστιν ὁ πρωτότοκος Υἱός. Ἐπακολουθεῖ δὲ τῷ Λόγῳ καὶ ἡ Ζωή. Καὶ οὕτως πρώτη Ὀγδοὰς συνετελέσθη. Πολλὴ δὲ μάχη παρ' αὐτοῖς καὶ περὶ τοῦ Σωτῆρος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ πάντων γεγονέναι λέγουσι, διὸ καὶ Εὐδοκητὸν καλεῖσθαι, ὅτι πᾶν τὸ Πλήρωμα ηὐδόκησεν· οἱ δὲ ἐκ μόνων τῶν δέκα Αἰώνων τῶν ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προβεβλῆσθαι αὐτὸν λέγουσι, τὰ προγονικὰ ὀνόματα [7] διασώζοντα· οἱ δὲ ἐκ τῶν δεκαδύο Αἰώνων τῶν [8] ἐκ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ Ζωῆς γενομένων, καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν Ἀνθρώπου ὁμολογεῖ, ὡςανεὶ ἀπόγονον Ἀνθρώπου· οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος εἰς στήριγμα τοῦ Πληρώματος γεγονέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸν λέγεσθαι αὐτὸν τὴν τοῦ πατρὸς, ἀφ' οὗ προεβλήθη, διασώζοντα προσηγορίαν· ἄλλοι δὲ, ὡς εἰπεῖν, τινες ἐξ αὐτῶν ῥαψῳδοὶ τὸν Προπάτορα τῶν ὅλων καὶ προάρχην καὶ προανεννόητον Ἄνθρωπον λέγουσι καλεῖσθαι, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγα καὶ ἀπόκρυφον μυστήριον, ὅτι ἡ ὑπὲρ τὰ ὅλα δύναμις καὶ ἐμπεριεκτικὴ τῶν πάντων Ἄνθρωπος καλεῖται, καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν Ἀνθρώπου ἑαυτὸν λέγειν τὸν Σωτῆρα.

Κεφ. β'. Αὕτη καὶ ἡ τοῦ Κολορβάσου μάταιος τῷ βίῳ καὶ φαντασιώδης διὰ ψοφημάτων κενοφωνία· ἣν ἐὰν καταμάθοι τις, εἴσεται ἐκ τῶν πρὸ αὐτοῦ ὡς φιλοτιμία ἐστὶ τῆς ἑκάστου τούτων ὑπονοίας. Κενοδοξῶν

3. τοὺς *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri habent* τῶν.

4. *Scripsi* Αἰώνων *pro eo quod libri tenent* Αἰῶνα.

5. *Sic correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* ἐξ.

6. „*Fort.* Ἄνθρωπον“ *annotavit Petavius. Cornarius vertit* Quando igitur

dogmatumque consensio, ut eorum secta, tanquam biceps anguis, bipartita videretur. Postea velut caput a serpentis corpore divulsum ac spirans adhuc plurimis exitio fuit, cum maius quiddam non modo aequalibus suis, sed et maioribus, ac doctius afferre crederetur. Ogdoadem enim censet non gradatim unius Aeonis ab altero procreatione propagatam fuisse, sed sex reliquas Aeonas pariter eodemque momento a supremo Parente et eius Ennoea, hoc est Cogitatione manasse, quod iste sic tanquam obstetricis partes egisset affirmat. Quare non ut alii e Verbo Vitaque Hominem et Ecclesiam; aut ex Homine, ut quibusdam placet, et Ecclesia Verbum ac Vitam prodiisse cum suis ille statuit. Sed id alia ratione definiunt: nimirum quod Supremus ille Parens producere cogitavit, hoc vocabulo Patris appellatum. Idem porro Veritas cum esset, Veritatis insignitum nomine. Quamobrem cum ostentare se vellet, idipsum Hominem nominatum. Quos autem cum produceret prius animo reputarat, his Ecclesiae nomen attributum. Homo vero Verbum produxit; atque hic primogenitus est Filius. Sed Verbum Vita consequitur. Atque ita Ogdoas prima conficitur. Porro magna est inter illos de Salvatore dissensio. Quidam enim ex omnibus conflatum existimant, atque ideo Eudocetum, hoc est Beneplacentem, vocatum, quod eum Pleroma omne communi sit affectu ac benevolentia prosecutum. Alii solis ex Aeonibus decem, qui a Verbo Vitaque derivati sunt, profectum illum asserunt, et eorum a quibus ortum accepit retinuisse nomina. Sunt qui duodecim ex Aeonibus, quos Homo ac Vita genuerint, profluxisse sentiant, ob idque Filium Hominis vocari, quasi Hominis nepotem. Nonnullis placet eundem a Christo et Spiritu Sancto ad sustentandum Pleroma genitum, ideoque Christum appellatum, ut eius a quo ortum acceperat nomen obtineret. Alii ex illorum numero, ut ita dicam, rhapsodi summum universorum Parentem ac primum principium primumque cogitatione maius Hominem vocari definiunt, idque magnum illud et arcanum esse mysterium, quod illa ceteris omnibus antecellens omniaque continens Virtus Hominis appellatione censeatur, et idcirco Salvatorem semetipsum Hominis nominare filium.

Eiusmodi est inepta illa ac commentita Colorbasi doctrina, quam magno verborum strepitu atque pompa in homines invexit. Quam si quis diligenter animadvertat, facile ex superioribus haereticis intelliget omnem illam opinionum varietatem ab ambitione arro- Cap. II.

ostendere voluit hoc ipsum Homo dictum est. *Putavit igitur* αὐτὸ *pro* αὐτὸν.
7. τὰ διασώζοντα *habent libri. Sed illud* τὰ *ex* ὀνόματα *accrevisse patet.*
8. ἐκ τῶν τοῦ *ed. Petav., mendose.*

γὰρ ἕκαστος καὶ βουλόμενος ἑαυτῷ συνάγειν ἄθροισμα, ὥστε αὐτῷ ἕπε-
Schol. LI. *Factum autem est cum appropinquaret Iericho, caecus clamabat: Iesu fili David, miserere mei! Et cum curatus esset, ait, Fides tua te salvum fecit.* Luc. 18, 35.

Refut. LI. Nullum inest in fide mendacium. Nam si mentitur, fides non est. At ille cum dixisset, *Fili David*, a Christo laudatur, nomenque confessus quod petierat impetrat. Non ille increpatur ut mendax, sed praedicatur ut fidelis. Non carnis igitur erat expers, qui ob illam nominis invocationem caeco visum restituit. Quippe non vana duntaxat specie, sed reipsa secundum carnem e stirpe Davidis originem duxerat de beatissima virgine Maria natus, et a sancto spiritu formatus.

Schol. LII. Mutilavit ista: *Assumptis duodecim ait, Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur, occidetur, et tertia die resurget.* Haec omnia sustulit. Ibid. 31.

Refut. LII. Ut nusquam recta gradiatur. Quamquam illius obliquitas ac mala in omnibus fides reprehendi potest. Verba enim illa dissimulavit ideo, ut quae ad Christi passionem attinent negaret. Sed cum deinde crucifixum eundem esse confitetur, frustra est omnis ab eo depravandi illius loci susceptus labor.

Schol. LIII. Expunxit et caput illud de asino, Bethphage et Cap. 19, 29.
urbe atque templo. *Quoniam scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur. Et facitis eam speluncam latronum.* Ibid. 46.

Refut. LIII. Caeca est improbitas omnis, nec ea videt quibus redargui possit, ac se quod fieri nequit omnino, veritatis viam occultare sperat posse. Sic iste praetermissis iis omnibus quae dixi capitibus abrupte transiliit, ut illud de templo testimonium vitaret, quo peculiare sibi illud esse ac nomini suo constitutum significat. Ac deinceps ab Hierichuntis mentione totam itineris seriem omittit, utque Bethaniam ac Bethphage pervenerit. Vetus enim erat via, quae per Oliveti montem Hierosolyma ducebat, quam haud ignorant

24. *Construe* Ὅλα ταῦτα παρέκοψε, ἵνα ἐν μηδένι ὀρθοποδήσῃ.

25. *Supra* ὅτι.

26. *Supra abest* κληθήσεται.

ἱστοροῦσιν. Ἵνα δὲ ἐλεγχθῇ ἀπὸ τοῦ ἰδίου στόματος, φησὶν, Ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν διδάσκοντος αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ, ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ ἐφοβήθησαν, ὡς ἔχει μετὰ τοῦτο τὸ κεφάλαιον νδ'. Πῶς οὖν ἀπὸ Ἱεριχὼ ἐγένετο ἐν τῷ ἱερῷ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὁδοιπορίας γνωσθήσεται, καὶ τοῦ τῆς ὁδοῦ διαστήματος· ἀλλ' ἵνα ὀφθῇ ὁ ῥᾳδιουργὸς παρακρύψας τὰ ἐν τῇ ὁδῷ γενόμενα, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ῥηθέντα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος πρὸ τούτου λόγου, λέγω δὴ, Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἔχει ἡ προφητεία.

Σχόλ. νδ'. Καὶ ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν [27] τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐφοβήθησαν.

Ἔλεγχ. νδ'. Ἐθεωρήθη καὶ ἡρμηνεύθη ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐλέγχῳ σὺν τῇ φράσει, μετ' ἐπιτομῆς τῆς προσηκούσης.

Σχόλ. νε'. Πάλιν ἀπέκοψε [28] τὰ περὶ τοῦ ἀμπελῶνος τοῦ ἐκδεδομένου γεωργοῖς· καὶ τὸ, Τί οὖν ἐστι τὸ, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες;

Ἔλεγχ. νε'. Οὐδὲν ἡμᾶς ἀδικήσει τοῦτο. Κἄν τε γὰρ αὐτὸ περικόψῃ, οὐκ ἀφ' ἡμῶν ἀπέκοψεν, ἀλλὰ ἑαυτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐζημίωσεν. Ἱκανῶς γὰρ ὁ κατ' αὐτοῦ ἔλεγχός ἐστι, διὰ πλειόνων μαρτυριῶν.

Σχόλ. νϛ'. Ἀπέκοψε τὸ, Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, Μωϋσῆς ἐμήνυσε περὶ τῆς βάτου, [29] ὡς λέγει ὁ κύριος τὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Θεὸς δέ ἐστι ζώντων, καὶ οὐχὶ νεκρῶν.

Ἔλεγχ. νϛ'. Θαυμάσαι ἔστιν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ τοῦ ματαιόφρονος, πῶς οὐχὶ νοεῖ ὅτι ἴση αὕτη ἡ μαρτυρία τυγχάνει τῇ τοῦ Λαζάρου τοῦ πτωχοῦ καὶ τῇ παραβολῇ τῶν μὴ συγχωρουμένων εἰς τὴν βασιλείαν εἰσελθεῖν· ὧν παραβολῶν τὰ λείψανα εἴασε, καὶ οὐ παρέκοψεν, ἀλλὰ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ αἰσχύνῃ καταλέλοιπε τὸ, Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Δακτύλου δὲ ἐμβρεχομένου εἰς ὕδωρ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, καὶ γλώσσης καταψυχομένης ὕδατι, ὡς ὁ πλούσιος ἔφη τῷ Ἀβραὰμ διὰ τὸν Λάζαρον, καὶ βρυγμοῦ ὀδόντων καὶ κλαυθμοῦ γινομένου, ἀναστάσεως σωμάτων ἐστὶ σημεῖον, κἂν παρακόψῃ ὁ κτηνώδης τὰ ὑπὸ κυρίου περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἀληθῶς εἰρημένα.

pag. 312. Σχόλ. νζ'. Οὐκ εἶχε ταῦτα· Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσε, λέγων θεὸν Ἀβραὰμ καὶ θεὸν Ἰσαὰκ καὶ θεὸν Ἰακὼβ, θεὸν ζώντων.

Ἔλεγχ. νζ'. Διὰ τὸ δευτερῶσαι τὸν σωτῆρα τὴν παραβολὴν διττῶς παρ' ἡμῶν ἐντέτακται· ἵνα μὴ ἀπεικαζόμενοι τῷ ἀγύρτῃ Μαρκίωνι

27. Supra ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας. 28. Supra τὴν τοῦ ἀμπελῶνος.

qui ea loca peragrant. Verum ut suo ipsius ore convincatur: *Factum est*, inquit, *in una dierum docente illo in templo, quaesierunt iniicere in illum manus, et timuerunt*, ut sequenti capite LIV. declaratur. Igitur quemadmodum Hierichunte in templum venerit ex eodem illo itinere ac viae intervallo cognoscitur. Sed eo res adducta est ut improbus ille veterator quae in via gesta sunt, et in templo a salvatore ante hunc sermonem sunt dicta, dissimulasse videatur. Nimirum, *Domus mea domus orationis vocabitur etc.*, ut in prophetia leguntur.

Schol. LIV. *Et quaesierunt iniicere manus in illum, et timue-* Luc. 20, 19.
runt.

Refut. LIV. Quae ad hunc locum spectant, ea proxima refutatione cum ipsa loquendi ratione quam fieri potuit brevissime expensa sunt et explicata.

Schol. LV. Item illum induxit locum, quo de vite illa agitur Ibid. 9.
agricolis locata. Atque hoc insuper: *Quid est igitur, Lapidem quem* Ibid. 17.
reprobaverunt aedificantes?

Refut. LV. Nihil id quidem nocere nobis potest. Tametsi enim locum istum exemerit, non ullo id nostro damno sustulit, sed sibi ipsi suisque fraudi potius fuit. Compluribus enim testimoniis satis superque refellitur.

Schol. LVI. Delevit illud: *Quia vero mortui resurgunt, Moy-* Ibid. 37.
ses ostendit secus rubum, sicut dicit dominum deum Abraam, Isaac et Iacob. Deus autem est vivorum, non mortuorum.

Refut. LVI. Admirandus plane insani hominis stupor. Quid enim? Non illud animadvertisse par istud esse testimonium altero illi de mendico Lazaro, nec non et eorum parabolae quibus regni aditus intercluditur? Quarum quidem parabolarum reliquias servavit, nec ut alia pleraque sustulit. Ita summa sua cum ignominia verba illa dereliquit: *Illic erit fletus et stridor dentium.* Ceterum quod et digitus post obitum in aquam immergitur, et aqua linguam refrigerat, uti de Lazaro dives Abraamo dicebat, quodque dentium stridor est ac fletus, argumento est resurrectionem esse corporum, quantumvis ea quae de mortuorum resurrectione vere sunt a domino prolata pecus illa sustulerit.

Schol. LVII. Ista quoque praetermisit: *Quia vero resurgant mortui et Moyses ostendit dicens, deum Abraam, et deum Isaac, et deum Iacob, deum vivorum.*

Refut. LVII. Quoniam bis eadem a salvatore repetita parabola est, ideo bis eam proposuimus, ne ut circumforaneus iste Marcio,

29. *Supra* καθώς.

ἡμεῖς παραλείψωμέν τι τῶν γεγραμμένων. Ἤδη ἐν τῷ ἀνωτέρῳ ἐλέγχῳ γεγένηται ἡ κατὰ τῆς αὐτοῦ ῥᾳδιουργίας ἀντίῤῥησις.

Σχόλ. νη'. Πάλιν παρέκοψε τὸ, Θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.

[30] Ἔλεγχ. νη'. * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *

Σχόλ. νθ'. Πάλιν παρέκοψε ταῦτα· Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ τὰ ἑξῆς· διὰ τὰ ἐπιφερόμενα ἐν τῷ ῥητῷ, Ἕως πληρωθῇ [31] τὰ γεγραμμένα.

Ἔλεγχ. νθ'. Δοκεῖ λήθην κεκτημένος τοὺς ἅπαντας ἴσους αὐτῷ ἀνοήτους εἶναι, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι, κἂν μικρὸν ῥητὸν ὑπ' αὐτοῦ καταλειφθῇ, ἔλεγχον ποιεῖται, πόσῳ μᾶλλον καὶ πολλῶν ῥητῶν ὑπ' αὐτοῦ [32] παρακοπέντων. Οὐδὲν τοίνυν κωλύει τὸν βουλόμενον παραθεῖναι ταύταις ταῖς παρακεκομμέναις μαρτυρίαις τὰ παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα. Δειχθήσεται γὰρ σύμφωνα ὄντα τούτοις τοῖς ὑπ' ἐκείνου περικοπεῖσιν ἐν οἷς ἔλεγεν [33] ὁ Ἀβραὰμ μετὰ τὴν τελευτὴν, Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. Ἃ ἔλεγον γὰρ οἱ προφῆται καὶ Μωϋσῆς, ἐκ θεοῦ πατρὸς ἦν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ κυρίου υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἃ ἔδει γεγραμμένα ὄντα πληροῦσθαι.

Σχόλ. ξ'. Συνελάλησε τοῖς στρατηγοῖς [34] τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς.

Ἔλεγχ. ξ'. Ὢ φρενοβλάβεια τοῦ Μαρκίωνος. Συνελάλησε τίς, [35] ἀλλ' ἢ Ἰούδας; [36] Τὸ τί ποιῆσαι, ἀλλ' ἢ παραδοῦναι τὸν σωτῆρα; Παραδιδομένου δὲ τοῦ σωτῆρος οὐκέτι δόκησις ὁ παραδιδόμενος, ἀλλὰ ἀλήθεια. Εἰ γὰρ πνεῦμα ἦν μόνον, σαρκικοῖς ἀνθρώποις οὐ παρεδίδοτο· ἀλλὰ θεὸς ὢν ὑπὸ ἀφὴν γέγονε, σάρκα ἐνδυσάμενος εἰς χεῖρας ἀνθρωπίνης φύσεως ἑαυτὸν ἑκὼν παρεδίδου. Τἀναντία [37] δὲ ἑαυτοῖς ὑπὸ ἀνοίας φθέγγονται. Καὶ γάρ καί ποτε [38] διαλεγόμενός τισι τῶν
pag. 343. αὐτοῦ μαθητῶν Μαρκιωνιστῇ τινι, καὶ λέγων ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔχει, ὅτι παρέλαβεν αὐτὸν [39] εἰς τὴν ἔρημον τὸ πνεῦμα πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἤκουσα παρ' αὐτοῦ ὅτι, Πῶς ἠδύνατο Σατανᾶς

30. *Hanc lacunam neque cod. Vaticanus, neque Venetus explet, neque cod. Rhedigeranus. In cod. Venet. quatuor lineae explendae restant. In Rhedigerano spatium duarum fere linearum, id est triginta fere et quinque vocabulorum, vacuum est relictum.*

31. *Supra* πάντα τά.

32. *Ita ex cod. Vatic. Petavius. In edit. princ. legitur* κατακοπέντων.

33. ὁ *om. cod. Venet.*

34. *Supra* καὶ τό.

35. ἀλλ' ἢ *codd. Vatic. Venet. Rhedig.,*

quicquam eorum quae scripta sunt praeteriisse videamur. Ceterum in superiori refutatione improbitatem illius ac calumniam abunde diluimus.

Schol. LVIII. Illud ademit praeterea: *Capillus de capite vestro non peribit.* Luc. 21, 18.

Refut. LVIII. *

Schol. LIX. Iterum haec abstulit: *Tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes etc.*, ob ea quae sequuntur: *Donec consummentur omnia quae scripta sunt.* Ibid. 21.

Refut. LIX. Obliviosus hic homo ceteros sui esse similes, hoc est stolidos, existimat. Nec intelligit, si vel minimam voculam reliquerit, eam ad sese convincendum facere. Quanto igitur magis cum plurima verba de sententia detrahit? Quamobrem licet mutilatis iis ab illo testimoniis alia quaedam quae ipsemet admittit opponere. Quae cum sublatis ab eo reliquis omnino consentanea esse constabit. Eiusmodi sunt illa in quibus Abraamus post mortem ita loquens inducitur: *Habent Moysen et prophetas; ipsos audiant.* Quae enim prophetae ac Moyses dixerunt, a deo sunt patre profecta, et ab ipsomet dei filio domino nostro, nec non et spiritu sancto; quae quidem mandata scriptis impleri penitus oportuit.

Schol. LX. *Locutus est cum magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.* Cap. 22, 4.

Refut. LX. O Marcionis incredibilem amentiam! Quis enim alius praeter Iudam locutus est? aut quid tandem facturus aliud, nisi salvatorem traditurus? Iam vero si salvator traditur, profecto non inane quoddam spectrum erat, sed solida hominis natura constabat. Nam si nihil praeter spiritum foret, carne praeditis hominibus tradi neutiquam posset. Idem ergo deus cum esset, assumpta carne contrectandum se praebuit, hominumque manibus sponte permisit. Sed illi adeo stulti sunt, secum ut oratione sua pugnent. Ac memini me aliquando cum Marcionis quodam discipulo disputantem, cum ex evangelio locum illum obiicerem, quo in loco ductus in desertum a spiritu dicitur, ut tentaretur a diabolo, eiusmodi de illo abstulisse responsum: Qui fieri potest ut Satanas deum verum, Matth. 4, 1.

et edit. princ. Petavius edidit ἢ, *omisso* ἀλλ'.

36. Τὸ τί ποιῆσαι *codd. Vatic. et Venet.* τί ποιῆσαι, *omisso illo* Τὸ, *cod. Rhedig. et editi libri.*

37. δὲ *codd. Vatic. Venet. Rhedig. et edit. princ. Petavius edidit* καί. *Sed hoc operarum, ni fallor, errore factum est.*

38. διαλεγόμενοι *cod. Venet.*

39. τὸ πνεῦμα εἰς τὴν ἔρημον *cod. Venet.*

τὸν ὄντα θεὸν, καὶ μείζονα αὐτοῦ ὑπάρχοντα καὶ κύριον αὐτοῦ, ὡς ὑμεῖς λέγετε, πειρᾶσαι, τὸν Ἰησοῦν τὸν αὐτοῦ δεσπότην; Ἐγὼ δὲ ἐν [40] τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ ἐξ ὑπογυίου λαβὼν σύνεσιν ἀπεκρινάμην αὐτῷ λέγων, Οὐ πιστεύετε ὅτι ἐσταυρώθη ὁ Χριστός; Ὁ δὲ ἔφη, Ναὶ, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Τίνες οὖν αὐτὸν ἐσταύρωσαν; Ὁ δὲ ἔφη, Ἄνθρωποι. Εἶτα ἔφην αὐτῷ, Τίς δυνατώτερος, ὁ ἄνθρωπος, ἢ ὁ διάβολος; Ὁ δὲ ἔφη, Ὁ διάβολος. [41] Ὅτε δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπεκρινάμεθα, Εἰ ὁ διάβολος ἰσχυρότερος ἀνθρώπων ὑπάρχει, ἄνθρωποι δὲ οἱ ἀσθενέστεροι Χριστὸν ἐσταύρωσαν, οὐ θαῦμα εἰ καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐπειράσθη; Πάντα γὰρ θέλων, καὶ οὐ μετὰ ἀνάγκης, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δέδωκεν ὁ Χριστὸς, [42] πάσχειν ἐν ἀληθείᾳ, οὐ κατὰ ἀσθένειαν, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν, εἰς ὑπογραμμὸν ἡμῶν, καὶ τὰ πρὸς τὸν διάβολον, καὶ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ, εἰς κατάκρισιν ἁμαρτίας, καὶ ἀθέτησιν τοῦ θανάτου.

Σχόλ. ξα΄. Καὶ εἶπε τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς, Ἀπελθόντες ἑτοιμάσατε, ἵνα φάγωμεν τὸ πάσχα.

Ἔλεγχ. ξα΄. Νέφος βελῶν κατὰ σοῦ ἐν μιᾷ μαρτυρίᾳ τὸ ῥητὸν περιέχει, ὦ Μαρκίων. Εἰ γὰρ προστάσσει ἑτοιμάζεσθαι αὐτῷ φαγεῖν τὸ πάσχα, πάσχα δὲ πρὸ τοῦ παθεῖν τὸν Χριστὸν ἐπετελεῖτο, πάντως ὅτι ἀπὸ νόμου τὴν σύστασιν εἶχε. Κατὰ νόμον δὲ τοῦ Χριστοῦ πολιτευομένου σαφὲς ἦν ὅτι οὐ νόμον ἦλθε καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Εἰ δὲ νόμον βασιλεὺς οὐ καταλύει, [43] εὐκαθοσίωτος ἡ ἐν τῷ νόμῳ διάταξις, οὐδὲ τῷ [44] βασιλεῖ ἀπειρημένη· εὐκαθοσιώτου δὲ ὄντος τοῦ νόμου καὶ τῆς διατάξεως ὁμολογουμένης εἴ τι προςθείη βασιλεὺς τῇ διατάξει ἐπὶ μείζονι δωρεᾷ, κατ᾽ ἐξουσίαν ἡ φαιδρότης γίνεται τῆς προςθήκης. Ἑνὸς δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ τῆς νομοθεσίας οὔσης καὶ τῆς κατὰ προςθήκην δωρεᾶς, παντί τῳ δῆλόν ἐστι καὶ σαφὲς, ὡς οὐκ ἐναντιοῦται τῷ νόμῳ ὁ τὴν προςθήκην ποιησάμενος. Ἀποδέδεικται τοίνυν
pag. 344. ἐναντία οὖσά τις ἡ παλαιὰ διαθήκη τοῦ εὐαγγελίου, οὐδὲ τῆς τῶν προφητῶν ἀκολουθίας. Κατὰ σαυτοῦ δὲ, ὦ Μαρκίων, ἐπήγαγες πολυτρόπως τὸν ἔλεγχον, μᾶλλον δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναγκαζόμενος. Πάσχα γὰρ τὸ παλαιὸν οὐδὲν ἦν ἀλλ᾽ ἢ προβάτου θύμα καὶ κρεῶν ἐδωδὴ, ἐμψύχου τε μετάληψις καὶ ἀζύμων. Καὶ τίς σε ἠνάγκασε μὴ ἀφανίσαι τέλεον τὸν κατὰ σοῦ ἔλεγχον, ἢ, ὡς εἶπον, αὐτὴ ἀλήθεια;

40. τῇ, *quod agnoscunt reliqui libri, tam scripti quam editi, desideratur in edit. Petav.*

41. *Verba* Ὅτε δὲ (δὲ *ego adieci ex cod. Veneto*) τοῦτο εἶπεν, ἀπεκρινάμεθα, Εἰ ὁ διάβολος *desiderantur in edit. princ. Petavius, qui ea reposuit ex cod. Vaticano, paulo aliter expressit, sic:* Ὁ διάβολος ἰσχυρώτερος (*ita ubique habet scriptum, non* ἰσχυρότερος). Ὅτε τοῦτο εἶπεν, ἀπεκρινάμεθα, Εἰ ὁ διάβολος ἰσχυρώτερος *cett.*

42. πάσχειν *libri omnes, praeter edit. Petav. in qua* πάσχων.

ac seipso longe praestantiorem, Dominumque suum, ut dicitis, Iesum scilicet, tentaverit? Ego vero dei fretus auxilio quod e re nata mihi in animum inciderat ad ista subieci. Creditis, inquam, Christum esse crucifixum? Nos vero, inquit, credimus, nec fateri dubitavit. A quibus ergo crucifixus est? rogavi. Ab hominibus, respondit. Tum ego: Quis amborum potentior est, homo, an diabolus? Diabolus, inquit ille, longe praestat hominibus. Ego vero ad haec ista subieci: Si ab hominibus, qui longe imbecilliores sunt, crucifixus est Christus, quid mirum est eundem a diabolo esse tentatum? Ad haec enim omnia vere ac nostra caussa toleranda, adeoque illum cum diabolo congressum non coactus a quopiam, sed ultro se Christus obiecit; quod quidem non ulla eius imbecillitate factum, sed voluntate susceptum, suo ut nos exemplo condocefaceret, crucisque supplicio salutem nobis afferret, damnaret peccatum, mortem denique profligaret.

Schol. LXI. *Et dixit Petro et reliquis, Euntes praeparate ut manducemus Pascha.* Luc. 22, 8.

Refut. LXI. Ingentem contra te telorum nubem unius huiusce testimonii auctoritas continet, Marcio. Cum enim praeparari sibi Pascha iubeat, idque antequam Christus pateretur est celebratum, profecto lege istud ipsum praescriptum fuerat. Quare cum ex legis mandato Christus vitae suae rationem componeret, manifestum est non illum solvendae legis, sed implendae gratia venisse. Iam quoties legem princeps non abrogat, constitutionis quae in lege est integra manet sanctio, nec edicto revocatur. Quamdiu vero legis sanctio perseverat, estque firma constitutio, si quid ad eam princeps cumulandi doni gratia velit adiicere, ab eiusdem potestate accessionis illius benignitas hilaritasque dimanat. Sed cum ab uno eodemque legis illa latio accessioque beneficentiae profecta sit, facile quivis intelligit non eum adversari legi qui ad eam aliquid adiiciendum putarit. Quamobrem demonstratum illud est, nihil vetus testamentum ac prophetarum seriem cum evangelio pugnare. Tu vero, Marcio, multiplex contra te argumentum attulisti, quod ut faceres ipsa te veritas vel invitum coëgit. Vetus enim Pascha nihil praeter agni mactationem, esumque carnium, et animatorum, nec non Azymorum habuit. Quid te igitur impulit, ut ne locum illum, qui ad tui refutationem tantopere pertinet, auderes eradere, nisi vis, uti diximus,

43. εὐκαθοσίωτος *scripsi ex Petavii emendatione pro* οὐκ ἀθοσίωτος, *quod vulgo extat. In cod. Rhedig. legitur* οὐ καθ᾽οσίωτος. *Cornarius vertit:* non condemnata est legis constitutio. *Cf. etiam Petavii Animadv. ad h. l.*

44. βασιλεία *edit. princ.*

Ἣν γὰρ σὺ βδελύττει σαρκοφαγίαν, ὁ κύριος Ἰησοῦς μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν βέβρωκεν, ἐπιτελῶν τὸ πάσχα τὸ κατὰ νόμον. Καὶ μὴ λέγε ὅτι ὃ ἔμελλε μυστήριον ἐπιτελεῖν, τοῦτο προωνόμαζε λέγων, Θέλω μεθ' ὑμῶν φαγεῖν τὸ πάσχα. Ἵνα γὰρ κατὰ πάντα τρόπον καταισχύνῃ σε ἡ ἀλήθεια, οὐκ ἐν τῇ ἀρχῇ ποιεῖ τὸ μυστήριον, ἵνα μὴ ἀρνήσῃ, ἀλλὰ, φησὶ, Μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν τάδε καὶ τάδε, καὶ εἶπε τοῦτό ἐστι τάδε καὶ τάδε, [45] καὶ οὐκ εἴασε τόπον τῇ ῥᾳδιουργίᾳ. Ἔδειξε γὰρ ὅτι μετὰ τὸ βεβρωκέναι τὸ πάσχα τὸ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, τουτέστι μετὰ τὸ δειπνῆσαι, ἧκεν ἐπὶ τὸ μυστήριον.

Σχόλ. ξβ'. Καὶ ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ, καὶ εἶπεν, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν.

Ἔλεγχ. ξβ'. Ἀνέπεσεν ὁ σωτὴρ, ὦ Μαρκίων, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι μετ' αὐτοῦ. Εἰ ἀνέπεσε καὶ συνανέπεσον, οὐ δύναται μία λέξις τὴν σημασίαν ἔχειν ἑτέραν [46] καὶ ἑτέραν, κἄν τε τῇ ἀξίᾳ καὶ τρόπῳ ἔχοι τὴν διαφοράν. Ἢ γὰρ δώσεις καὶ τοὺς δώδεκα δοκήσει ἀναπεπτωκέναι, ἢ καὶ αὐτὸν ἀληθείᾳ σάρκα ἔχοντα ἀληθινῶς ἀναπεπτωκέναι. Καὶ, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν, ἵνα δείξῃ πάσχα πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ ἐν τῷ νόμῳ προτυπούμενον καὶ γινόμενον τὸ βέβαιον αὐτοῦ τοῦ πάθους, καὶ ἐντελέστερον προςκαλούμενον, καὶ ὑποδεικνύων ὡς καὶ ὁ ἅγιος ἀποστολός φησι, Παιδαγωγὸς ἡμῖν [47] γέγονεν ὁ νόμος εἰς Χριστόν. Εἰ δὲ παιδαγωγὸς ὁ νόμος εἰς Χριστὸν, οὐκ ἀλλότριος Χριστοῦ ὁ νόμος.

Σχόλ. ξγ'. Παρέκοψε τὸ, [48] Λέγω ὑμῖν, Οὐ μὴ φάγω αὐτὸ ἀπάρτι, ἕως [49] ἂν πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

pag. 315. Ἔλεγχ. ξγ'. Τοῦτο περιεῖλε καὶ ἐρρᾳδιούργησεν, ἵνα δῆθεν μὴ ποιήσει ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ βρωτὰ ἢ ποτὰ, οὐκ εἰδὼς ὁ κτηνώδης ὅτι ἀντιμίμημα τῶν ἐπιγείων δύναται εἶναι πνευματικὰ καὶ ἐπουράνια, μεταλαμβανόμενα ὡς ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν. Μαρτυρεῖ γὰρ πάλιν ὁ σωτὴρ, καὶ λέγει ὅτι, Καθίσεσθε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. [50] Ἢ παρέκοψε πάλιν ταῦτα, ἵνα δῆθεν ποιήσῃ τὰ ἐν τῷ νόμῳ μὴ ἔχοντα τόπον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Πόθεν οὖν Ἡλίας καὶ Μωϋσῆς ὤφθησαν μετ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει ἐν δόξῃ; Ἀλλ' οὐδὲν δυνήσεταί τις πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

45. καὶ οὐχ εἴασεν οὐ τόπον cod. Vatic.
46. καὶ ἑτέραν abest ab edit. princ. Ex cod. Vatic. adiecit Petavius.
47. γέγονεν ὁ νόμος cod. Vatic., et inde edit. Petav. γένοιτ' ὁ νόμος edit. princ. γένοιτο ὁ νόμος cod. Rhedig.

ipsa veritatis? Quem enim detestaris carnium esum, cum dominus cum discipulis adhibuit tum cum Pascha ex legis praescripto celebravit. Nec est quod dicas mysterium hoc ab illo, quod erat peracturus, fuisse nominatum, cum ita diceret: *Volo manducare Pascha vobiscum.* Nam ut pudorem tibi omni ex parte veritas faciat, non ei mysterio prius operari voluit, ne inficiandi occasionem haberes, sed, *Cum coenasset*, inquit, *accipiens haec et illa*, *dixit*, *Hoc est haec et illa*, nullum ut cavillandi calumniandique locum relinqueret. Ostendit enim ipsum posteaquam Iudaicum Pascha comedit, hoc est secundum coenam, ad celebrandum accessisse mysterium.

Schol. LXII. *Et recubuit, et duodecim apostoli cum illo: et dixit, Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Luc. 22, 15.

Refut. LXII. Recubuit salvator, o Marcio, cum eoque discipuli duodecim! Si tam ille recubuit, quam una isti recubuerunt, non potest eidem voci diversa notio ac potestas affingi, tametsi quod ad dignitatem ac modum attinet nonnihil intersit. Aut igitur fatendum tibi est duodecim quoque discipulos specie tenus accubuisse, aut ipsum, qui vere carnem induerat, vere idipsum egisse. Qui sic ideo locutus est: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar*, ut et Pascha illud ante passionem suam figurate in lege constitutum ostenderet, et alterum successisse monstraret, quod et ad astruendam passionem suam spectaret, et perfectius appellaretur, simul illud indicans quod apostolus Paulus docuit, Legem paedagogi nobis instar in Christo fuisse. Gal. 3, 24. Quod si paedagogus noster lex in Christo fuit, a Christo minime erit aliena.

Schol. LXIII. Praeterea haec ab illo detracta sunt: *Dico enim vobis, Non edam illud amplius donec impleatur in regno dei.* Luc. 22, 16.

Refut. LXIII. Mala ista fide subtraxit, ne scilicet ullum in regno dei potum ac cibum his verbis pateretur exprimi. Nec illud homo stupidus agnovit, terrenorum simile quiddam in spiritalibus ac coelestibus inesse, quorum participandorum occulta nobis est ratio. Ita enim et salvator ipse testatus est ac dixit: *Sedebitis in mensa mea edentes et bibentes in regno coelorum.* Sed et propterea ista sustulit, nullum ut iis quae ad legem pertinent in regno coelorum locum tribueret. Undenam igitur Elias ac Moyses in monte cum ipso apparuerunt in gloria? Sed nemo est qui contra veritatem virium quicquam habeat.

48. Λέγω γὰρ ὑμῖν *supra extat.*
49. ἂν *supra abest.*
50. *Verba* Ἢ παρέκοψε — — — βασιλεία τῶν οὐρανῶν, *quae desiderantur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

Σχόλ. ξδ'. Παρέκοψε τὸ, Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς, μή τινος ὑστερήσατε, καὶ τὰ ἑξῆς· διὰ τὸ, Καὶ τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι, τὸ, Καὶ μετὰ ἀνόμων συνελογίσθη.

Ἔλεγχ. ξδ'. Κἂν παρακόψῃς τὰ ῥήματα ἀπὸ τοῦ ἔργου φαίνονται αὐτῶν οἱ τόποι, προάγοντος τοῦ νόμου καὶ προκηρυττόντων τῶν προφητῶν, καὶ κυρίου πληροῦντος.

Σχόλ. ξε'. Ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡςεὶ λίθου [51] βολὴν, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προςηύχετο.

Ἔλεγχ. ξε'. Θεὶς τὰ γόνατα ὁρατῶς ἔθηκε, καὶ αἰσθητῶς ἐπετέλεσεν, εἰ δὲ αἰσθητῶς, κατὰ τὸ εἶδος τὸ ἔργον ἐποίησε τῆς γονυκλισίας· οὐκ ἄρα ἄνευ σαρκὸς ἐνεδήμησεν ὁ μονογενής. Αὐτῷ γὰρ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· ἐπουρανίων πνευματικῶν, ἐπιγείων αἰσθητῶν, καταχθονίων, τῷ ἰδίῳ εἴδει. Ὧδε δὲ τὰ πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐπετέλει ὁρώμενος, καὶ ὑπὸ ἀφὴν τοῖς μαθηταῖς εὑρισκόμενος, καὶ μὴ [52] φαντάζων.

Σχόλ. ξς'. Καὶ ἤγγισε καταφιλῆσαι αὐτὸν [53] Ἰούδας, καὶ εἶπεν.

Ἔλεγχ. ξς'. Ἤγγισε σαρκὶ ὄντι δεσπότῃ καὶ θεῷ σῶμα λαβόντι, καταφιλῆσαι ἀληθινὰ χείλη, καὶ οὐ δοκήσει ὄντα καὶ φαντάζοντα.

Σχόλ. ξζ'. Παρέκοψε ὃ ἐποίησε Πέτρος, ὅτε [54] ἐπάταξε, καὶ ἀφείλετο τὸ οὖς τοῦ δούλου τοῦ ἀρχιερέως.

pag. 346. Ἔλεγχ. ξζ'. Δοκῶν εἰς τιμὴν Πέτρου ὁ ἀπατεὼν κρύπτειν τὸ ἐν ἀληθείᾳ γενόμενον τῆς δοξολογίας τοῦ σωτῆρος, τὸ ῥητὸν τεμὼν ἀπέκρυψεν. Ἀλλὰ οὐδὲ ὠφελήσει. Κἄν τε γὰρ αὐτὸς ἀποκόψῃ, ἡμεῖς οἴδαμεν τὰ θεοσήμεια. Μετὰ γὰρ τὸ ἀποκόψαι τὸ ὠτίον, ὁ κύριος πάλιν λαβὼν ἰάσατο, ἵνα ἀποδειχθῇ ὅτι θεός ἐστι καὶ θεοῦ ἔργον ἐπετέλεσεν.

Σχόλ. ξη'. Οἱ συνέχοντες ἐνέπαιζον δέροντες, [55] τύπτοντες, καὶ λέγοντες, Προφήτευσον τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;

Ἔλεγχ. ξη'. Ὅτι τὸ Συνέχοντες, καὶ τὸ Ἐνέπαιζον, καὶ τὸ δεῖραι, καὶ τὸ τύψαι, καὶ τὸ, Προφήτευσον τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, τοῦτο οὐ δόκησις ἦν, ἀλλὰ ἀφῆς ἐστι καὶ σωματικῆς καὶ ἐνσάρκου ὑποστάσεως δηλωτικὸν, καὶ παντί τῳ δῆλόν ἐστι, κἄν τε σὺ τυφλωθεὶς, Μαρκίων, μὴ θέλοις ὁμολογεῖν τὴν ἐναργῆ θεοῦ ἀλήθειαν.

51. *Supra* βολή.
52. φαντάζων *correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* φαντάζου.
53. Ἰούδας *supra abest.*
54. ἐπέταξε *vitiose scriptum est in utraque editione.*

Schol. LXIV. Item illud induxit: *Quando misi vos, numquid defuit vobis? etc.* Ob ea quae sequuntur: *Et hoc, quod scriptum est, oportet impleri: Et cum iniquis deputatus est.* Luc. 22, 35.

Refut. LXIV. Quantumvis verba subducas, res ipsa tamen proprios ipsorum locos aperiet. Siquidem antegressa lex est, ac prophetae nuntiarunt, at ipse tandem dominus implevit.

Schol. LXV. *Avulsus est ab illis quantum iactus est lapidis, et positis genibus orabat.* Ibid. 41.

Refut. LXV. *Positis*, inquit, *genibus.* Ita posuit, ut id videri posset idque ipsum sensibili modo praestitit. Quod si genua ita flexit ut sentiri posset, adeoque ut actionis huius natura postulabat, profecto non sine carne salvator in hoc terrarum orbe versatus est. Huic enim *Omne genu flectetur, coelestium, terrestrium et infernorum: coelestium* porro, hoc est spiritalium, *terrestrium*, hoc est eorum quae sub sensus cadunt, *infernorum* denique, eo modo qui illorum est proprius. Hic autem ex rei veritate faciebat omnia, cum et cerneretur oculis, et a discipulis contrectaretur, neque spectri instar illuderet. Phil. 2, 10.

Schol. LXVI. *Et accessit, ut oscularetur eum et dixit.* Luc. 22, 47.

Refut. LXVI. Ad dominum ac deum carnem factum Iudas accessit, cum ille corpus induisset; nimirum vera ut oscularetur labia, non quae eiusmodi duntaxat apparerent ac ludificarent oculos.

Schol. LXVII. Recidit id quod a Petro gestum dicitur, cum percussit, et amputavit auriculam. Ibid. 50.

Refut. LXVII. Quamvis ut honori Petri consuleret, suppressisse ista videatur, hoc ipso tamen quod revera gestum est et ad salvatoris decus gloriamque pertinet, occultare conatus est. Verum nihil omnino perfecit. Nam etsi ille mentionem huius rei sustulerit, dei tamen miracula cognoscimus. Abscissa igitur auricula eam subinde dominus accipiens in integrum restituit, ut deum se esse ac divinum opus edidisse monstraret.

Schol. LXVIII. *Et qui tenebant illudebant caedentes, et percutientes dicebant, Prophetiza quis est qui te percussit?* Ibid. 63.

Refut. LXVIII. Haec omnia, *Qui tenebant, et illudebant:* item, *Caedere et percutere:* et, *Prophetiza nobis quis est qui te percussit,* haec, inquam, non adumbratam duntaxat speciem referunt, sed contactum quendam ac corpoream carneamque substantiam significant. Idque adeo manifesto cuivis apparet, tametsi prae ea quae in te est animi caecitate, Marcio, perspicuam dei veritatem confiteri detrectes.

55. *Supra* καὶ τύπτοντες ἔλεγον *cett.*

Σχόλ. ξθ'. Προςέθετο μετὰ τοῦτο, Τοῦτον [56] ηὕραμεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ καταλύοντα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας.

Ἔλεγχ. ξθ'. Πόθεν οὐ φωραθήσῃ, πόθεν οὐκ ἐλεγχθήσῃ διαστρέφων τὴν ὁδὸν κυρίου; Ὅταν γὰρ ἐνταῦθα προςθείης τὸ μὴ γεγραμμένον, συκοφαντῶν σεαυτὸν, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τὸν κύριον, λέγων ὅτι, Τοῦτον ηὕρομεν καταλύοντα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, τὸ ἀντίζυγον τούτου ἐλέγξει σε, ὦ ματαιόπονε, αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος λέγοντος, Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον [57] καὶ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι. Οὐ δύναται τοίνυν ὁ αὐτὸς λέγων, Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, διὰ τὸ καταλύειν κατηγορεῖσθαι. Οὐ γὰρ εἶχεν οὕτως τὸ ῥητὸν, ἀλλὰ, Εὕρομεν τοῦτον διαστρέφοντα τὸν λαὸν, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα.

Σχόλ. ο'. Προςθήκη [58] μετὰ τὸ, Κελεύοντα φόρους μὴ δοῦναι, [59] τὸ, Ἀποστρέφοντα τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα.

Ἔλεγχ. ο'. Τίς αὐτῷ κρημνὸν περιποιεῖ πληρῶν τὸ γεγραμμένον τὸ, Ὁ ἑαυτῷ πονηρὸς τίνι ἀγαθὸς ἔσται; Πάσης γὰρ τόλμης καὶ πονηρίας ὑπόδειγμά ἐστι, καὶ κινδυνώδους ὁδοιπορίας, τὸ τὰ μὲν γεγραμμένα παρακόπτειν, ἃ δὲ μὴ γέγραπται προστιθέναι, μάλιστα ἐν
pag. 347. εὐαγγελίῳ, ἀκαταλύτῳ ὄντι εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τῆς προςθήκης οὔτε τόπον ἔχει, οὔτε αἴνιγμα. Οὐ γὰρ ἀπέστρεφεν Ἰησοῦς γυναῖκα ἢ τέκνα. Αὐτὸς γὰρ ἔφη, Τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ, Ἃ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Ἀλλὰ κἂν εἴπῃ, Ἐὰν μή τις καταλείψῃ πατέρα καὶ μητέρα καὶ ἀδελφοὺς καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ τὰ ἑξῆς, οὐκ ἔστι μου μαθητὴς, οὐχ ἵνα μισῶμεν πατέρας, ἀλλ' ἵνα μὴ ὑπαγώμεθα πατέρων καὶ μητέρων [60] ἐπιταγῇ ἑτέρᾳ πίστεως, ἢ τρόπῳ, παρὰ τὴν τοῦ σωτῆρος διδασκαλίαν.

Σχόλ. οα'. Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Κρανίου τόπος ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια [61] αὐτοῦ, καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος.

Ἔλεγχ. οα'. Δόξα τῷ ἐλεήμονι θεῷ, τῷ συνδήσαντί σου τὰ ἅρματα, ὦ Φαραὼ Μαρκίων, καὶ βουλομένου σου ἀποδρᾶσαι, κατεπόντισεν αὐτὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ. Προφασιζόμενος γὰρ τὰ πάντα οὐχ ἕξεις ἐνταῦθα οὐδεμίαν πρόφασιν. Ὁ γὰρ μὴ σάρκα ἔχων οὔτε σταυρωθῆναι δύναται. Πῶς οὐκ ἔφυγες τὸ μέγα τοῦτο ῥητόν; Πῶς οὐκ ἐπε-

56. *Supra* εὕρομεν. *Infra, in Refutatione, extat* ηὕρομεν *et* εὕρομεν.

57. καὶ *cod. Vatic.*; ἢ *reliqui libri, tam scripti quam editi.*

58. *Ex loco gemello, qui supra extat, scripsi* μετὰ τὸ *pro* τὸ, *quomodo in omnibus hic scriptum est libris.*

59. *Supra* καὶ ἀποστρέφοντα.

60. *Rescripsi* ἐπιταγῇ ἑτέρᾳ πίστεως *pro* ἐπιταγὴν ἑτέρας πίστεως, *quod vul-*

Schol. LXIX. Post ista: *Hunc invenimus subvertentem gentem nostram*, addidit, *Et destruentem legem ac prophetas.* Luc. 23, 2.

Refut. LXIX. Nonne vias domini pervertere undique deprehenderis ac convinceris? Act. 13, 10. Nam cum huic loco quod minime scriptum est adiicis ac tibimetipsi, neque enim domino dixerim calumniam facis, ita scribens: *Hunc invenimus evertentem legem ac prophetas*, contraria te huic salvatoris, insane, iugulabit oratio. *Non veni solvere legem aut prophetas, sed implere.* Matth. 5, 17. Non igitur potest idem ille, qui se non evertendi gratia venisse testatur, accusari quod everterit. Neque vero ita in evangelio legimus, sed potius, *Hunc invenimus subvertentem populum, dicentem se Christum regem.*

Schol. LXX. Aliud quoque post haec verba: *Et prohibentem tributa dare*, subiecit: *Et avertentem uxores ac liberos.* Luc. 23, 2.

Refut. LXX. Quis seipsum in praeceps impellit, impletque quod scriptum est: *Qui sibi nequam est, cui bonus erit?* Sir. 14, 5. Est enim hoc inauditae cuiusdam temeritatis ac flagitii, sive periculosae salebrosaeque viae evidens argumentum, delere quae scripta sunt, quae nusquam scripta erant addere, idque in evangelio potissimum committere, quod in aeternum stabile ac firmum esse oporteat. Adde quod illa ipsa quae sunt addita neque locum habent, neque aenigmatis instar aliquid significant. Neque enim Christus uxores avertit aut liberos, cum ipse dixerit, *Honora patrem et matrem*, Matth. 15, 4. item, *Quae deus coniunxit, homo non separet.* Matth. 19, 6. Ac tametsi ita pronuntiarit: *Si quis non reliquerit patrem et matrem, et fratres, et uxorem et filios etc., non potest meus esse discipulus*, Luc. 14, 26. non ideo tamen usurpavit ut parentes odio habendos praeciperet, sed ut ne ad alienam fidem capessendam, quidpiamve salvatoris disciplinae contrarium parentum nos imperium atque auctoritas provocaret.

Schol. LXXI. *Et venientes in locum, qui dicitur Calvariae locus, crucifixerunt eum, et diviserunt vestimenta, et obscuratus est sol.* Luc. 23, 33.

Refut. LXXI. Gratias misericordi deo, qui currus tuos alligavit, o Pharao Marcio, illosque dum fugam moliris in mare demersit. Exod. 14, 24. Nam cum omnem tergiversandi occasionem captes, nihil hic quo te excuses afferre poteris. Etenim qui carne non constat, ne affigi quidem cruci potest. Quomodo igitur tam illustrem sententiam

go extat, quodque corruptum esse nemo est qui non intellegat. Petavio nonnihil deesse videbatur. Cornarius convertit: sed ut ne a patribus ac matribus ad alterius fidei imperium subducamur, aut a doctrina salvatoris discedamus.

61. αὐτοῦ *desideratur supra.*

χείρησας κρύψαι τὴν μεγάλην ταύτην πραγματείαν, τὴν λύσασάν σου πᾶσαν τὴν ἐξ ἀρχῆς μεμηχανημένην κακοτροπίαν; Εἰ γὰρ ὅλως ἐσταυρώθη, πῶς οὐ βλέπεις τὸν ἐσταυρωμένον ἀφὴν ἔχοντα, καὶ ἥλοις τὰς χεῖρας πηγνύμενον, καὶ πόδας; Οὐκ ἂν δὲ ἠδύνατο δόκησις τοῦτο εἶναι, ἢ φάντασμα, ὡς σὺ λέγεις, ἀλλὰ σῶμα ἀληθῶς, ὃ ἐκ Μαρίας εἴληφεν ὁ κύριος, σάρκα, φύσιν τὴν ἡμετέραν, καὶ ὀστέα, καὶ τὰ ἄλλα, ἐπειδὴ ὁμολογεῖται καὶ παρὰ σοὶ σταυρῷ προςπαγεὶς ὁ κύριος.

Σχόλ. οβ΄. Παρέκοψε τὸ, Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ Παραδείσῳ.

Ἔλεγχ. οβ΄. Καλῶς τοῦτο καὶ ἁρμοδίως παρέκοψας, ὦ Μαρκίων. Ἐπῆρες γὰρ ἀπὸ σεαυτοῦ τὴν εἴςοδον τοῦ Παραδείσου. Οὔτε γὰρ σὺ εἰςελεύσῃ, οὔτε τοὺς σὺν σοὶ ἐάσεις. Φύσει γὰρ τῷ ὄντι μισοῦσι τὸ ἀγαθὸν οἱ πλανῶντες καὶ πεπλανημένοι.

Σχόλ. ογ΄. Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ἐξέπνευσεν.

Ἔλεγχ. ογ΄. Εἰ ἐξέπνευσεν, ὦ Μαρκίων, καὶ φωνὴν μεγάλην ἀπέδωκε, πόθεν ἐξέπνεε, ἢ τί τὸ ἐκπνέον; Δῆλον δέ ἐστι, κἂν σὺ μὴ
pag. 348. λέγεις ψυχὴ σὺν τῇ θεότητι ἀπὸ σώματος ἐκπορευθεῖσα, τοῦ σώματος ἄπνου μείναντος, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια.

Σχόλ. οδ΄. Ἰδοὺ, ἀνὴρ, ὀνόματι Ἰωσὴφ, καθελὼν τὸ σῶμα ἐνετύλιξε [62] σινδόνι, καὶ ἔθηκεν ἐν [63] μνημείῳ λαξευτῷ.

Ἔλεγχ. οδ΄. Εἰ τὸ Καθελὼν, καὶ Ἐντυλίξας, καὶ τὸ Θεῖναι ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὐ πείθει σε, ὦ Μαρκίων, τίς σου ἠλιθιώτερος; τί δὲ ἄλλο σαφέστερον ἡ γραφὴ εἶχε δεῖξαι, ὁπότε καὶ τὸ μνῆμα, καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ εἶδος ἔδειξε, καὶ τοῦ σώματος τὴν τριήμερον θέσιν, καὶ τὸ εἴλημα τῆς σινδόνος, ἵνα δείξῃ τὴν πᾶσαν ἀλήθειαν;

Σχόλ. οε΄. Καὶ ὑποστρέψασαι [64] αἱ γυναῖκες ἡσύχασαν τὸ σάββατον κατὰ τὸν νόμον.

Ἔλεγχ. οε΄. Πόθεν ὑπέστρεψαν αἱ γυναῖκες; Διὰ τί δὲ καὶ τὸ ἡσύχασαν γέγραπται; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ἡ γραφὴ τὴν αὐτῶν μαρτυρίαν, ἐλέγχουσάν σου τὴν ἄνοιαν, ὦ Μαρκίων. Ἰδοὺ γὰρ, καὶ γυναῖκες μαρτυροῦσι, καὶ [65] ἀπόστολοι, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ ἄγγελοι, καὶ Ἰωσὴφ ὁ ψηλαφητὸν ὄντως σῶμα καθελὼν, καὶ ἐνειλήσας. Τίς δὲ κοσμήσει τὸν αὐτοκατακρίτως ἑαυτὸν διαστρέφοντα; ὥς ἐστι γεγραμμένον.

Σχόλ. ος΄. Εἶπαν οἱ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα

62. σινδόνι *abest supra*. 63. μνήματι *legitur supra*.

minime devitasti? aut ingens hoc negotium callide dissimulare non es aggressus, quo tua fraus omnis et improbitas funditus labefactata concidit? Nam si omnino cruci est affixus, cur non illud vides, cum qui crucifixus est attrectari, eiusque manus ac pedes clavis perforari? Quare non haec inanis larva vel species esse potuit, ut asseris, sed verum corpus, quod e Maria Christus accepit, carnem videlicet nostram, et ossa, ceteraque corporis membra, quandoquidem cruci affixum esse dominum ne ipse quidem diffiteris.

Schol. LXXII. Hoc insuper abstulit: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Luc. 23, 43.

Refut. LXXII. Recte hoc et consentanee quidem subtraxisti, Marcio. Paradisi enim tibi aditum interclusisti, ut *neque tute ingrediare, neque tuos patiaris ingredi.* Ita enim comparatum est, ut quod bonum est oderint tam qui in errorem inducunt quam qui induci se permittunt. Luc. 11, 52.

Schol. LXXIII. *Et exclamans voce magna expiravit.* Ibid. 46.

Refut. LXXIII. Cum expirarit, o Marcio, Christus, et in ingentem vocem eruperit, quinam expirare potuit, aut quid tandem expiravit? Nimirum quamlibet taceas, manifestum istud est, animam fuisse, quae cum divinitate a corpore discesserit, cum interim animae illud expers maneret, ut veritas ipsa continet.

Schol. LXXIV. *Ecce vir nomine Ioseph depositum corpus involvit, et posuit in monumento exciso.* Ibid. 50.

Refut. LXXIV. Si hae voces, *Depositum*, et *Involvens*, et *Ponere in monumento exciso*, persuadere tibi nequeunt, Marcio, quid te fingi potest amentius? Quid autem clarius indicare scriptura potuit, cum et monumentum et locum et eius formam ac descriptionem expresserit, addiderit insuper triduanam illam in sepulchro commorationem, cum sindonis involucro, uti totam rei veritatem ostenderet?

Schol. LXXV. *Et revertentes mulieres siluerunt sabbato secundum mandatum.* Ibid. 56.

Refut. LXXV. Unde quaeso mulieres reversae sunt, aut cur demum siluisse narrantur, nisi ut illarum testimonia quibus insania tua redarguitur scriptura declararet? Ecce tibi mulieres testantur, et apostoli, et Iudaei, et angeli, et Ioseph ipse, qui tractabile corpus e cruce demisit et obvolvit. Verum *Quis eum corrigat, qui seipsum suo iudicio ac voluntate pervertit?* uti scriptum legimus. Eccl. 1, 15.

Schol. LXXVI. *Dixerunt qui erant in veste alba, Quid quaeri-* Luc. 24, 5.

64. αἱ γυναῖκες *abest supra.*
65. ἀπόστολοι *cod. Vatic. Vulgo* ἀπόστολος.

μετὰ τῶν νεκρῶν; ἠγέρθη, μνήσθητε ὅσα ἐλάλησεν ἔτι ὢν [66]μεθ' ὑμῶν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου [67]πολλὰ παθεῖν καὶ παραδοθῆναι.

Ἔλεγχ. ος'. Οὐδὲ οὗτοί σε πείθουσιν οἱ ἄγγελοι, ὦ Μαρκίων, ὁμολογοῦντες μὲν αὐτὸν τριήμερον μεταξὺ νεκρῶν γεγενῆσθαι, ζῶντα δὲ λοιπὸν, καὶ οὐκέτι νεκρὸν, ἀεὶ μὲν ζῶντα ἐν τῇ θεότητι, καὶ μηδ' ὅλως νεκρωθέντα, νεκρωθέντα δὲ κατὰ σάρκα τὸ τριήμερον, καὶ πάλιν ζῶντα. Λέγουσι γὰρ αὐταῖς, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε. Τὸ δὲ Ἀνέστη τί ἐστι, εἰ μὴ ὅτι καὶ ἐκοιμήθη; Σαφέστερον γὰρ αὐτὸ διηγοῦνται. Μνήσθητε γὰρ, [68]φασὶν, ὅτι ἔτι περιὼν ταῦτα ἔλεγεν ὑμῖν, ὅτι δεῖ παθεῖν τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

Σχόλ. οζ'. Παρέκοψε τὸ εἰρημένον πρὸς Κλεόπαν καὶ τὸν ἄλλον, ὅτε συνήντησεν αὐτοῖς, τὸ, Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τοῦ πιστεύειν [69]ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν; καὶ ἀντὶ
pag. 349. τοῦ, Ἐφ' οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, ἐποίησεν, Ἐφ' οἷς ἐλάλησα ὑμῖν. Ἐλέγχεται δὲ ὅτι ὅτε ἔκλασε τὸν ἄρτον, [70]ἠνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν.

Ἔλεγχ. οζ'. Πόθεν ἡ κλάσις τοῦ ἄρτου ἐγένετο; λέγε ὦ Μαρκίων. Ἀπὸ φαντασίας ἢ ἀπὸ σώματος ἐνεργοῦντος ὀγκηροῦ κατὰ ἀλήθειαν; Ἀναστὰς γὰρ ἐκ τῶν νεκρῶν ἐν αὐτῷ τῷ ἁγίῳ σώματι ἀνέστη ἐν ἀληθείᾳ. Ἐποίησας δὲ, ὦ Μαρκίων, ἀντὶ τοῦ, Οὐ ταῦτά ἐστιν ἃ ἐλάλησαν οἱ προφῆται; ταῦτά ἐστιν ἃ ἐλάλησα ὑμῖν; [71]Εἰ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐλάλησα ὑμῖν, πάντη ἐγίνωσκον αὐτὸν ἂν ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ, Ἐλάλησα ὑμῖν. Πῶς οὖν ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου λέγει, Ἠνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, καὶ ἄφαντος ἐγένετο; Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ θεῷ ὄντι, καὶ μεταβάλλοντι αὐτοῦ τὸ σῶμα εἰς πνευματικὸν, δεικνύναι μὲν αὐτὸ σῶμα ἀληθινὸν, ἀφαντοῦσθαι δὲ ὅτε ἐβούλετο, ὅτι πάντα αὐτῷ δυνατά. Καὶ γὰρ καὶ Ἐλισσαῖος, προφήτης ὢν καὶ ἐκ θεοῦ λαβὼν τὴν χάριν, ᾔτησε παρὰ θεοῦ τοὺς αὐτὸν ζητοῦντας παταχθῆναι ἀορασίᾳ, καὶ ἐπατάχθησαν, καὶ οὐκ ἔβλεπον αὐτὸν τοιοῦτον ὄντα οἷος ἦν. Ἀλλὰ καὶ ἐν Σοδόμοις τὴν θύραν τοῦ Λὼτ ἀπέκρυψαν οἱ ἄγγελοι, καὶ οὐκ ἔβλεπον αὐτὴν οἱ Σοδομῖται. Μὴ καὶ ἡ θύρα τοῦ Λὼτ δόκησις ἦν, ὦ Μαρκίων; Οὐχ ὑπολείπεται δέ σοι ἀντιλογία οὐδεμία. Ἔκλασε γὰρ τὸν ἄρτον σαφῶς, καὶ διέδωκε τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς.

66. μεθ' ὑμῶν *abest supra.*
67. πολλὰ *abest supra.*
68. *Libri habent* φησὶν.
69. *Restitui praepositionem* ἐπὶ, *quae hic in libris desideratur. Extat ea autem supra.*
70. *Supra* ἠνεῴχθησαν.
71. *Verba* Εἰ δὲ — — — λόγου τοῦ, Ἐλάλησα ὑμῖν, *quae desiderantur in edit. princ., ex cod. Vatic. reposuit Petavius.*

tis viventem cum mortuis? Surrexit. Recordamini quae locutus est, cum adhuc esset: Quoniam oportet filium hominis pati et tradi.

Refut. LXXVI. Fidem tibi facere ne angeli quidem isti possunt, o Marcio, dum ipsum triduo inter mortuos versatum esse praedicant, eundemque postea redivivum, nec amplius mortuum, qui divinitate quidem ipsa perpetuo vivat, neque mortem sit expertus aliquando, carne vero triduo mortuus iacuerit, ac denuo vivere coeperit. Sic enim mulieres alloquuntur: *Surrexit; non est hic.* Quid autem aliud surgendi vox, nisi eum dormiisse significat? Quod quidem manifestius postea declarant: *Recordamini* enim inquiunt, *quoniam cum adhuc viveret talia locutus est vobis: Quia oportet pati filium hominis.*

Schol. LXXVII. Quin ea sustulit quae Cleophae, eiusque so- Luc. 24, 25.
cio dicta sunt, cum illis occurrit: *O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportuit pati?* Ac pro his, *in omnibus quae locuti sunt prophetae*, scripsit, *in omnibus, quae locutus sum vobis.* Sed ex eo redarguitur, quod Ibid. 31.
cum *panem fregit, aperti sunt oculi, et cognoverunt illum.*

Refut. LXXVII. Unde illa panis fractio? dic sodes, Marcio. Num ab inani aliqua forma, an a corpore mole aliqua constante, ac revera istud agente profecta est? Cum enim resurgeret a mortuis, cum eodem illo sanctissimo corpore reipsa surrexit. Tu vero pro his verbis: *Nonne haec sunt quae locuti sunt prophetae?* rescribere ausus es: *Nonne haec sunt quae locutus sum vobis?* Atqui si hoc illis dixisset: *Locutus sum vobis*, ex iis utique verbis ipsum cognoscere debuerant. Cur igitur in frangendo pane subiicit, *Aperti sunt illorum oculi, et cognoverunt eum: et evanuit?* Ita quippe deum decebat, qui corpus suum in spiritale convertisset, verum quidem illud ostendere, sed quoties tamen libuisset mortalium oculis subtrahere, quando nihil est quod illius potestatem effugiat. Nam et Elisaeus 4.Reg. 6, 18.
propheta cum esset, et a deo beneficio eiusmodi esset affectus, ab eodem postulavit ut qui se quaererent caeci repente fierent; quod ita gestum est ut eum illi cuiusmodi erat videre non possent. Quin etiam Sodomis angeli Loti ostium subducere oculis potuerunt, adeo ut intueri illud Sodomitae nequiverint. Utrumnam igitur Loti ianua vana Gen. 19, 11.
quaedam species fuit, o Marcio? Non video quid contra haec hiscere possis. Siquidem panem manifeste fregit, et in discipulos suos distribuit.

Σχόλ. οη'. Τί τεταραγμένοι ἐστέ; ἴδετε τὰς χεῖράς [72]μου καὶ τοὺς πόδας [73]μου, ὅτι πνεῦμα [74]ὀστᾶ οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

Ἔλεγχ. οη'. Τίς οὐκ ἂν καταγελάσῃ τοῦ λήρου, ἐν ἀφροσύνῃ ἑαυτὸν καὶ ἑτέρων ψυχὰς κατασπῶντος εἰς ᾅδην; Εἰ μὲν γὰρ οὐχ ὡμολόγητο παρ' αὐτοῦ ταῦτα, πιθανὴ ἦν αὐτοῦ ἡ πλάνη, καὶ συγγνώμην εἶχον οἱ ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένοι. Νῦν δὲ ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὡμολόγησε, καὶ οὐ περιῇρε τὰ ῥητὰ ταῦτα, ἀναγινώσκουσι δὲ αὐτὰ καὶ οἱ αὐτοῦ, ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτῶν μένει, καὶ ἀπαραίτητον τὸ αὐτοῦ καὶ τὸ αὐτῶν πῦρ, ἀναπαλογήτοις οὖσι, σαφῶς τοῦ σωτῆρος διδάξαντος καὶ μετὰ ἀνάστασιν ὀστᾶ καὶ σάρκα [75]ἔχειν, ὡς αὐτὸς ἐμαρτύρησε λέγων, Ὡς ἐμὲ ὁρᾶτε ἔχοντα. Αὕτη ἐστὶν ἡ κατ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν λειψά-
pag. 350. γων τῶν παρ' αὐτῷ σωζομένων ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ὑπόθεσις τῆς ἡμῶν πεποιημένης δι' αὐτὸν πραγματείας, ὥς γε νομίζω ἱκανῶς ἔχειν πρὸς ἀντίθεσιν τῆς αὐτοῦ ἀπάτης. Ἐλεύσομαι δὲ καὶ εἰς τὰ ἑξῆς τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν παρ' αὐτῷ ἔτι σωζομένων, καὶ δι' ἡμῶν πάλιν οὕτως ἀναλελεγμένων, ἐν πρώτοις δὲ ἡμῖν καὶ καθ' εἱρμὸν [76]δι' ὅλου οὕτως προταχθέντων ἀπὸ τῆς πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῆς. Αὕτη γὰρ παρ' αὐτῷ πρώτη κεῖται. Ἡμεῖς δὲ τὴν ἀναλογὴν τότε ἐποιησάμεθα, οὐχ ὡς παρ' αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἔχει τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν, τὴν πρὸς Ῥωμαίους τάξαντες πρώτην· ὧδε δὲ κατὰ τὸν αὐτοῦ χαρακτῆρα οὕτως παρατιθέμεθα.

Σχόλ. α'. [77]Μάθετε ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Ὅσοι γὰρ ὑπὸ νόμον, ὑπὸ κατάραν εἰσίν. Ὁ δὲ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

Ἔλεγχ. α'. Τὸ, Μάθετε ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένα, γραφῆς ἐστι παλαιᾶς [78]δεικτικά· ἅτινά ἐστι παρὰ τοῦ ἀποστόλου εἰς ἡμετέραν ζωὴν ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν εἰρημένα περὶ καινῆς διαθήκης, καὶ σύζυγα ὄντα τῆς ἡμῶν ἐλπίδος. Καὶ τὸ, Ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, φησὶν ὅτι ἐν τῷ νόμῳ ἀπειλὴ ἐτύγχανε κατὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς, ἕως ὅτε ἦλθεν ὁ [79]ἄνωθεν ἐλθὼν, καὶ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ φυράματος σῶμα ἀμφιάσας μετέβαλε τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν.

Σχόλ. β'. Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, διὰ τῆς ἐλευθέρας.

72. μου *abest supra.*
73. μου *abest supra.*
74. *Supra* ὀστέα.
75. *Ita correxit Petavius. Libri habent* ἔχει.
76. *Reposui* δι' ὅλου. *Nam edili libri habent* δὴ ὅλου. — *Cornarius:* „— et per nos rursus sic delecta sunt: ita ut

Schol. LXXVIII. *Quid turbati estis? Videte manus meas, et pedes meos: quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere.* Luc. 24, 39.

Refut. LXXVIII. Quis nugacissimum hunc non irrideat, qui stoliditate sua cum semetipsum, tum ceterorum animas ad inferos detrudat? Nam nisi haec ille confiteretur omnia, haberet eius error colorem aliquem, ac venia digni utcumque forent qui se ab illo decipi paterentur. Nunc cum et iste verba illa pro germanis habeat, nec ea sustulerit, et ab eiusdem discipulis legantur, cum utrorumque delictum, tum vero ignis ille manet, quem nulla tergiversatio possit effugere, utpote quibus omnis adempta sit excusatio. Nam id aperte salvator edocuit, post resurrectionem ossibus se ac carne constare, quod haec ipsius verba demonstrant: *Sicut me videtis habere.* Atque hoc illius operis argumentum est, quod adversus Marcionem elaboraveram, quodque ex illis evangelii reliquiis, quas adhuc retinet, carptim selegeram. Quod quidem ad refutandum illius errorem sufficere arbitror. Venio nunc ad reliquas apostoli sententias, quas perinde adsciscendas putavit, ego vero vestra caussa potissimum excerpsi, in iisce proponendis eundem quo ille usus est ordinem seriemque tenui, ut ab ea quae ad Galatas scripta est initium facerem. Hanc enim primo ille loco proposuit. Sed nos olim excerpta nostra sic institueramus, non ut illius ordinem sequeremur, sed eum quem apostolica scripta repraesentant, nimirum primum ut locum ea quae ad Romanos scripta est obtineret. Nunc autem omnia ad illius nos formam et exemplum accommodata proponemus.

Ex epistola ad Galatas.

Schol. I. *Discite quia iustus ex fide vivit. Quotquot enim sub lege sunt, sub maledicto sunt. Qui autem fecerit ista, vivet in eis.* Galat. 3, 11.

Refut. I. Haec ipsa verba: *Discite quia iustus ex fide vivet*, ab apostolo usurpata testamentum vetus comprobant. Haec enim ab illo sunt ex lege ac prophetis ad vitam nobis conciliandam de novo testamento pronuntiata, et quidem cum spe nostra consentanea. Quod autem *sub maledicto esse* dicit, eo referendum est, quod adversus Adami delictum dei comminationes in lege continebantur, donec e coelo missus adveniret Christus, qui ex Adami massa formatum sibi corpus induens maledictum in benedictionem convertit.

Schol. II. *Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex repromissione est, ex libera.* Ibid. 13. Cap. 4, 23.

superius quidem iuxta ordinem per totum a nobis proposita sint, nunc vero ab epistola ad Galatas initio facto."

77. *Supra* Μάθετε δὲ ὅτι δίκαιος.

78. δειχτιχὰ *cod. Vatic.* δεχτιχὰ *libri editi.*

79. ἄνωθεν *cod. Vatic., et inde edit. Petav.* ἄνω *edit. princ.*

Ἔλεγχ. β΄. Δεικνὺς πάλιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας καὶ τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τῇ λύσει τῆς κατάρας γινομένην, [80] ταύτην δὲ προγεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ καὶ [81] προπεφητεῦσθαι ἐσομένην, εἶτα τελεσθεῖσαν ἐπὶ τῷ σωτῆρι, ἐπέδειξε σαφῶς ὅτι οὐκ ἀλλότριος ὁ νόμος τοῦ σωτῆρος. Προεφήτευσε γὰρ καὶ ἐμαρτύρησε τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ μέλλουσι γίνεσθαι.

Σχόλ. γ΄. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν ὅτι ἄνθρωπος [82] περιτεμνόμενος ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.

pag. 351. Ἔλεγχ. γ΄. Τὸ, Ὀφειλέτης ἐστὶν, οὐκέτι ὡς περὶ ἀπειρημένου λέγει, ἀλλὰ περὶ βαρυτέρου φορτίου δυναμένου ἐλαφρυνθῆναι, ἑνὸς δὲ ὄντος δεσπότου, δυναμένου καὶ βαρύνειν καὶ [83] ἐλαφρύνειν διὰ τῆς προαιρέσεως τῶν μὴ παραιτησαμένων καταδέξασθαι τὴν διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ σωτηρίαν.

Σχόλ. δ΄. Ἀντὶ τοῦ, Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, [84] ἐποίησε Δολοῖ.

Ἔλεγχ. δ΄. Ἵνα μηδὲν ἀληθὲς παρ᾽ αὐτῷ εὑρεθείη, οὐδαμοῦ σχεδὸν ἄνευ ῥᾳδιουργίας ταῖς γραφαῖς προσενήνεκται, ἀλλὰ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀκολουθίας ἡ φανέρωσις τοῦ λόγου γίνεται. Ἡ γὰρ ζύμη τὸ εἶδος φυράματος [85] ἔργον, καὶ ἀπὸ τοῦ φυράματος [86] τὸ ζυμοῦσθαι. Καὶ οὐκ ἐν τοῖς πρωτοτύποις τὸ εἶδος ἠφάνιζεν ὁ συνετῶς τὴν παραβολὴν τοῦ αἰνίγματος ποιησάμενος.

Σχόλ. ε΄. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ὑμῖν πεπλήρωται, [87] Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

Ἔλεγχ. ε΄. Τίς ἐστι χρεία τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ νόμῳ χρῆσθαι, εἰ ἀπηλλοτρίωτο [88] ἡ καινὴ διαθήκη τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας; ἀλλ᾽ ἵνα δείξῃ ὅτι τοῦ ἑνὸς θεοῦ [89] αἱ δύο διαθῆκαι, καὶ ἡ συμφωνία τὸ πληρωτικὸν τοῦ νόμου διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πλησίον ἰσοῤῥόπως ἐν ταῖς δύο διαθήκαις γνωρίζεται, τὸ τέλεον [90] ἐργαζόμενον τὸ ἀγαθὸν νόμου τελείωσιν εἶπεν εἶναι, τὴν ἀγάπην.

Σχόλ. ς΄. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, [91] εἰδωλολατρίαι, φαρμακεῖαι, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐρίθειαι, διχοστασίαι, [92] αἱρέσεις, [93] φθόνοι,

80. *Rescripsi* ταύτην δὲ προγεγράφθαι *pro eo quod libri praebent* ταύτῃ προσγέγραπται, *Cornarium atque Petavium secutus. Ille enim vertit* „idque praescriptum in lege, et praedictum a prophetis futurum esse.“

81. προπεφητεῦσθαι *cod. Vatic., et inde edit. Petav.* προφητεῦσθαι *edit. princ.*

82. *Supra* περιτετμημένος.

83. λαφρύνειν *ed. princ.*

84. ἐποίησε *Rhedigeranus liber, et editi.* ἐποίησαν *cod. Vatic.*

85. *Verba* ἔργον, καὶ ἀπὸ τοῦ φυράματος, *quae desiderantur in edit. princ., ex cod. Vaticano restituit Petavius.*

86. τὸ ζυμοῦσθαι. Καὶ οὐκ ἐν τοῖς

Refut. II. Cum hoc loco rursus apostolus significet susceptae carnis administrationem omnem ac crucem ad tollendum maledictum pertinuisse, idque ipsum et in lege antea scriptum ac praedictum fuisse, ac demum in salvatore perfectum, haud obscure declarat non alienam a salvatore esse legem, utpote quae ab illo gerenda omnia vaticinata fuerit, ac testimonio corroborarit.

Schol. III. *Testificor rursum quoniam homo circumcisus debitor est universae legis implendae.* Galat. 5, 3.

Refut. III. Quod ait, *Debitor est,* non tamquam de re quapiam prohibita dixit, sed de graviore quodam onere, quod sublevari potest. Sed ita, unus ut sit dominus, qui et onerare possit, et de onere detrahere, pro eorum voluntate qui oblatam per eius gratiam ipsius adventu salutem minime repudiaverint.

Schol. IV. Pro eo quod est, *Modicum fermentum totam massam corrumpit,* rescripsit *Adulterat.* Ibid. 9.

Refut. IV. Ne quod sit apud illum veritatis vestigium, nusquam fere scripturas attigit, quin malitiose aliquid immutaret, sed ex eo quod sequitur orationis series ipsa manifesta redditur. Nam fermentum, velut forma quaedam, massae subactae opus est, et fermentatio ipsa e subacta massa fit; neque primigeniam formam destruxit, qui prudenter similitudinem illam comparationemque transtulit.

Schol. V. *Omnis enim lex in eo vobis impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ibid. 14.

Refut. V. Quid attinebat apostolum legem adhibere, si a veteribus mandatis novum testamentum abhorreret? Sed ut aperte monstraret duo illa testamenta ab uno eodemque auctore deo manasse, summamque amborum esse concordiam, utrobique proximorum caritate legem impleri significatur, quae perfectum omnibusque numeris absolutum bonum efficiat. Ideo perfectionem legis apostolus caritatem esse definit.

Schol. VI. *Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, homi-* Ibid. 19.

ex cod. Vatic. reposuit Petavius. In edit. princ. enim, quacum conspirat etiam cod. Rhedig., vitiose extat τῷ ζυμοῦσθαι ἐν τοῖς.

87. *Sic etiam supra. Petavio deesse videtur* ἐν τῷ.

88. ἡ *adposui de auctoritate cod. Vaticano.*

89. *Facile aliquis correxerit* θεοῦ, οὗ αἱ δ. δ., καὶ *cett.*

90. ἐργαζόμενον *scripsi pro* ἐργαζομένου, *quod libri tuentur. Illud enim sententia postulat.*

91. εἰδωλολατρεία *supra legitur.*

92. *Supra* αἵρεσις.

93. *Supra* φόνοι.

μέθαι, κῶμοι, [94] καθὼς καὶ προεῖπον ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

Refut. I et XL. Consentiunt cum iis quae in epistola ad Ephesios, leguntur quae ex epistola ad Laodicenos (sic enim inscribitur) contra te testimonia protulisti;. ut in fine tandem quae ad te perti-

95. *Haec verba plane abundant.*

σφραγίσματος μάθωμεν ἀναγνόντες τὰ παρὰ σοὶ, καὶ γνόντες τὰ κατὰ σὲ, καταγνῶμεν τῶν διὰ σοῦ ἀλλοτρίως ἐπινενοημένων τριῶν ἀνάρχων ἀρχῶν διαφορὰς πρὸς ἀλλήλας ἐχουσῶν. Οὐχ οὕτως γὰρ ἔχει ἡ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ὑπόθεσις καὶ ἠσφαλισμένον κήρυγμα, ἀλλὰ ἄλλως παρὰ τὸ σὸν ποιήτευμα. Σαφῶς γὰρ ἔφη ἕνα κύριον, μίαν πίστιν, ἓν βάπτισμα, ἕνα θεὸν, τὸν αὐτὸν πατέρα πάντων, τὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, καὶ ἐν πᾶσι διά τε νόμου καὶ προφητῶν, καὶ ἐν πᾶσιν ἀποστόλοις, καὶ ἐν τοῖς καθεξῆς.

Αὕτη μὲν ἡμῶν ἡ [96] προθεωρία τεθεῖσα ἐν τοῖς προειρημένοις ἀναλεχθεῖσιν ἀπὸ τῆς παρ' αὐτῷ τῷ Μαρκίωνι ἔτι σωζομένης γραφῆς, [97] ἧς τὴν ἀνάλεξιν σκοπήσας τις ἐκπλαγείη τὰς μεγαλοδώρους θεοῦ οἰκονομίας. Ἑκάστου γὰρ πράγματος διὰ τριῶν μαρτυριῶν ἐπιβεβαιουμένου καὶ συνισταμένου, [98] ἕως ἐνταῦθα ψιλῶς ὁ θεὸς ἐχαρίσατο συνάψαι, ὡς ἔφην, ἡμᾶς κατ' οἰκονομίαν ἑβδομήκοντα μὲν [99] καὶ ὀκτὼ μαρτυρίας ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, τεσσαράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου· καὶ ταύτας παρ' αὐτῷ εἰς ἔτι καὶ δεῦρο σωζομένας τε καὶ [1] ἀντιβαλλομένας, ὡς εἶναι τὰς πάσας ἑκατὸν δεκαοκτὼ, ἀντιλεγούσας δὲ πάσας τῇ αὐτοῦ Μαρκίωνος γνώμῃ ὡς ἀπὸ προσώπου, ὀνόματος κυρίου διὰ τῶν δεκαοκτὼ, καὶ τῆς αὐτοῦ [2] ἐνδεξίας εὐλογίας διὰ τῶν [3] ἑκατὸν· ἀλλὰ καὶ [4] ἀπ' ἄλλης περισσῆς προσεπιτούτοις ἐκτὸς τοῦ
pag. 375. εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου. Οὐ γὰρ ἔδοξε τῷ ἐλεεινοτάτῳ Μαρκίωνι ἀπὸ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ταυτὴν τὴν μαρτυρίαν λέγειν, ἀλλὰ τῆς πρὸς Λαοδικέας, τῆς μὴ οὔσης ἐν τῷ ἀποστόλῳ· οἷς μὴ ἐντυγχάνων ἠλιθίως ὁ κτηνώδης, καὶ ἐν πολλοῖς πεσὼν ὁ τάλας, οὐχ ὁρᾷ τὴν κατ' αὐτοῦ ἀνατροπὴν καθ' ἑκάστην ὁμολογουμένην. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω περὶ τούτου, Πῶς γὰρ ἠδύνατο οὗτος, ἐπαγγειλάμενος ἔχειν τι τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου, μὴ οὐχὶ κἂν ὀλίγα τῆς γραφῆς σώζειν ῥήματα; Ὅλου γὰρ τοῦ σώματος [5] ζῶντος, ὡς εἰπεῖν, τῆς θείας γραφῆς, ποῖον ηὕρισκε μέλος νεκρὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην, ἵνα παρεισαγάγῃ ψεῦδος κατὰ τῆς ἀληθείας, [6] ἀλλ', ὡς εἰπεῖν ἐλώβησε καὶ ἀκρωτηριάσας παρέκοψε πολλὰ τῶν μελῶν, κατέσχε δὲ ἔνιά τινα παρ' ἑαυτῷ. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ κατασχεθέντα ἔτι ζῶντα οὐ δύναται νε-

96. προθεωρία τεθεῖσα *mea est emendatio. Libri habent* προθεωρηθεῖσα. *Cornarius vertit:* Haec quidem est nostrae speculationis compositio, in praedictis excerptis ex scriptura, quae adhuc apud Marcionem servatur, a nobis facta. Ad quorum delectionem si quis respexerit *cett.*

97. ἧς *scripsi ex emendatione Petavii, pro* εἰς, *quod libri habent.*

98. *Ita correxi. Libri habent* ὡς ἐνταῦθα.

99. καὶ *om. cod. Venet.*

1. ἀντιβαλλομένας (*h. e.* quas conferre licet) *restitui mei ingenii periculo. In libris extat* ἀμφιβαλλομένας, *quod Petavius potius in* οὐκ ἀμφιβαλλομένας *mutandum censuit. Cornarius vertit:* quae apud ipsum adhuc in hunc diem servantur et habentur *cett.*

2. *Rescripsi meo ingenio fretus, cum libri deessent,* ἐνδεξίας *pro* ἐνδεξίου, *quod vulgo extat. Cornarius atque Petavius, qui, cum quid dicere vellet Epiphanius non intellegeret* „Mendosa haec“ *editionis suae margini adscripsisse acquie-*

nent legendo discamus, tuasque res intelligendo tria illa temere abs te excogitata principia principio carentia et a se invicem diversa damnemus. Longe enim alia est apostoli doctrina ac dogma firmissimum, quod a nugis tuis ac fabulis magnopere dissidet. Etenim perspicue *unum dominum* definit esse, *unam fidem*, *unum baptisma*, *unum deum eundemque patrem omnium*, *qui super omnia et in omnibus est*, tam in lege quam in prophetis et in apostolis omnibus, ac deinceps ceteris.

Haec igitur e sacrarum literarum reliquiis, quae apud Marcionem adhuc reperiuntur, a nobis collecta si quis consideret, divinae providentiae magnificentiam obstupescet. Cum enim quaelibet res tribus testimoniis approbari et haberi pro comperta soleat, singulari est dei beneficio et administratione, uti diximus, factum, ut hoc in negotio octo nobis ac septuaginta testimonia ex evangelio suppeterent, ex apostolo quadraginta. Quae omnia ad hanc usque diem apud illum servata, nec in controversiam adducta sunt; adeo ut centum omnino atque octodecim extent. Quae quidem Marcionis opinionibus contradicunt, sic tanquam ex persona domini prolata sint. Sed et aliud insuper additum est praeter evangelii apostolique testimonium. Neque enim infelici Marcioni visum est ex epistola ad Ephesios auctoritatem illam afferre, sed ex ea ad Laodicenos, quae nusquam apud apostolum cernitur. Quae cum pecus illa per summam stoliditatem minime legerit, in plerisque lapsa quam manifeste in singulis convinci ac redargui posset nequaquam animadvertit. Neque vero cuipiam mirum illud videri debet. Qui enim evangelii aliquid et apostoli habere se profiteretur, fierine potuit, ut non pauca saltem scripturae verba retineret? Quippe cum totum scripturae vivum sit, ut ita dixerim, corpus, potuitne mortuum ullum membrum pro animi sui libidine reperire, quod ad stabiliendum mendacium contra veritatem proferret? Quare corpus ipsum mutilare ac pleraque membra resecare instituit, quorum nonnulla ad usum suum retinuit. Quae quidem ab illo reservata et adhuc spirantia penitus extingui nequeunt, sed vitalis ille declarandae

vit, huius loci convertendi ne periculum quidem fecerunt. Verte: quae testimonia nomini respondent domini, propter numerum octodecim, et felici eius benedictioni, propter numerum centum. *Vides siglum nominis dominici ιη̅, qui numerus XVIII est, et vocem ἀμὴν significari. Huius enim vocis prima litera α̅ numerum I, altera μ̅ XL, tertia η̅ VIII, quarta ν̅ L significant, quibus, bis sumpto numero sive litera α̅, efficitur numerus centum.*

3. ἑκατῶν *mendose scriptum extat in editis.*

4. ἀπ᾽ ἄλλης (*sc.* ἐπιστολῆς) *rescripsi pro* ἐπ᾽ ἄλλης, *quod vulgo extat in libris.*

5. ζῶντος *rescripsi pro* σώζοντος, *Cornarium atque Petavium secutus.*

6. ἀλλ᾽ ὡς *restitui Cornarium et Petavium secutus pro* ἀλλοίως, *quod libri praebent.*

κροῦσθαι, ἀλλ' [7] ἔχει μὲν τὸ ζωτικὸν τῆς ἐμφάσεως, κἄν τε μυρίως παρ' αὐτῷ κατὰ λεπτὸν ἀποτμηθείη.

Κεφ. ιγ'. Ἔτι δὲ μετὰ ταῦτα πάντα ἐπεμνήσθημεν ὥς τινες ἀπὸ τῶν αὐτῶν Μαρκιωνιστῶν εἰς βυθὸν βλασφημίας παραπεπτωκότες, καὶ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν δαιμονιώδους διδασκαλίας ἐμβρόντητοι παντάπασι γεγονότες, καὶ οὐ ἐδόκουν κυρίου μόνου κἂν δι' ὀνόματος μνημονεύειν καὶ [1] αὐτοὶ ἀθυρογλώσσως ἑτέρως τὴν αὐτοῦ θεότητα ἀποστρέφοντες, τὸ ὄνομα τῆς ἄνωθεν γενήσεως κακίζειν οὐκ ἐντρέπονται. Τινὲς γὰρ αὐτῶν τετολμήκασιν, ὡς ἔφην, αὐτὸν τὸν κύριον εἶναι υἱὸν τοῦ πονηροῦ λέγειν οὐκ αἰσχυνόμενοι· ἄλλοι δὲ οὐχὶ, ἀλλὰ τοῦ κριτοῦ τε καὶ δημιουργοῦ [2] εὐσπλαγχνότερον γεγονότα, καὶ ἀγαθὸν ὄντα, καταλεῖψαι μὲν τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα κάτω, πῇ μὲν λεγόντων τὸν δημιουργὸν, ἄλλων δὲ τὸν πονηρὸν, ἄνω δὲ ἀναδεδραμηκέναι πρὸς τὸν ἐν ἀκατονομάστοις τόποις ἀγαθὸν θεὸν, καὶ αὐτῷ προςκεκολλῆσθαι, πεμφθέντα δὲ ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, καὶ πρὸς ἀντιδικίαν τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐλθόντα τὸν Χριστὸν, καὶ καταλύοντα αὐτοῦ τὰ πάντα, ὅσα ὁ κατὰ φύσιν πατὴρ αὐτοῦ ἐνομοθέτει, ἤτοι ὁ λαλήσας ἐν τῷ νόμῳ, ἤτοι ὁ τῆς κακίας θεὸς, ὁ παρ' αὐτῶν ἐν τῇ τρίτῃ ἀρχῇ ταττόμενος. Ἄλλως γὰρ καὶ ἄλλως ἐκτίθενται, ὡς ἔφην, [3] ἄλλος μὲν τὸν δημιουργὸν, ἄλ-
pag. 376. λος δὲ τὸν πονηρόν. Ταῦτα δὲ δῆλα παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ ὑπάρχει, ὅτι ἀκαθάρτου πνεύματός ἐστιν ἡ φρόνησις καὶ ἡ διδασκαλία· καὶ οὔτε χρεία ἦν περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἀπολογεῖσθαι ἢ ἔλεγχον παριστᾶν κατ' ἀντικρὺ Μαρκίωνος τοῦ ἑαυτοῦ κατὰ πάντα τὴν ἐπιλησμονὴν τῆς ζωῆς ποιησαμένου. Φωραθήσεται γὰρ παρὰ πᾶσι τοῖς συνετοῖς τὸ βλάσφημον αὐτοῦ κενοφώνημα, καὶ τολμηρὸν τῆς ἀπωλείας ἐνέργημα. Ἀλλ' ἐπειδὴ εἰώθαμεν μὴ ἐᾶν ἀκανθῶν τόπον, ἀλλὰ ἐκτέμνειν τῇ τοῦ θεοῦ μαχαίρᾳ, τῇ ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνουμένῃ ἄχρι μερισμῶν ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὀλίγα καὶ εἰς τοῦτο εἰπεῖν οὐκ ἀποκνήσομεν.

Κεφ. ιδ'. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι εἰ ἀγαθὸς ἐκ πονηροῦ γεγένηται, οὐκέτι τῶν ἀρχῶν σταθήσεται ὁ λόγος. Δύναται γὰρ καὶ ὁ αὐτοῦ πατὴρ, εἰ πονηρὸς ὑπάρχει (ὅπερ μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἀγαθός ἐστι), μεταβληθῆναι τὴν γνώμην, ὥσπερ ὁ ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένος μεταβέβληται· τὸ δὲ ἑτε-

7. ἔχει dedi ex emendatione Petavii. Libri mendose ἐκεῖ. Cornario videtur placuisse ἐκεῖ μένει. Vertit enim: Verum illic manet vitalitatis significatio. Praetulissem ἀλλ' ἔμεινεν τὸ ζωτ. cett.

Cap. XIII. — 1. Reposui, id quod sententia postulabat, αὐτοὶ pro αὐτοῦ, quod libri tuentur. Cornarius vertit: „— attoniti penitus facti, ne nominis quidem domini nomenclationem facere

veritatis vigor remanet, tametsi minutissimas in pares infinite secta, divisaque fuerint.

Praeter illa vero omnia hoc insuper commemoravimus, non- Cap. XIII. nullos e Marcionistarum grege in altissimum blasphemiae gurgitem immersos atque ex pestifera illa daemonum doctrina velut furore et amentia percitos, quem unum vel nomine tenus dominum memoria retinuisse videbantur, huius ipsius divinitatem inaudita quadam linguae petulantia pervertisse, nec coelestis illius generationis nomen vituperare fuisse veritas. Quidam enim ex illis dominum ipsum Mali filium esse sine ullo pudore iactitant. Quod alii minus probant; quibus placet Iudice illum ac Creatore natum esse. Qui cum in misericordiam esset propensior ac natura bonus, patre suo, quem alii Creatorem, alii Malum existimant, inferiori sede relicto sursum ad illum Bonum evolasse deum, qui in explicabilibus in locis residet, et eidem inhaesisse. A quo in hunc orbem demissum, et ut patri suo resisteret delapsum in terras Christum omnia illa abrogasse decreta, quae ab naturali suo patre fuerant constituta, sive is est qui in lege locutus dicitur, sive malitiae deus ille, quem inter principia tertio loco statuunt. Nam aliter, uti dictum est, atque aliter ista declarant. Itaque alius Opificem, alius Malum esse statuit. Quae cum ita sint, manifestum esse cuilibet potest qui ingenii ac prudentiae aliquid habeat totam illam doctrinam atque dogma ab impurissimo spiritu promanasse. Quocirca nihil erat admodum necesse in eo argumento tractando ac propugnanda fide morari diutius, aut vero Marcionem refellere, qui iuxta sui ipsius ac vitae esse videtur oblitus. Nemo siquidem est qui nonnulla sit intelligentia praeditus, quin contumeliae in deum plenas illius fabulas, ac temerarios et perniciosos conatus detegat. Verum quoniam nullum spinis obsitum locum non repurgatum esse patimur, sed dei gladio succidere solemus universas, qui quidem *penetrabilior est omni gladio ancipiti, et* Hebr. 4, 12. *pertingens usque ad divisiones animae et spiritus, compagum quoque ac medullarum*, ut scriptura loquitur, ideo pauca de ea re dicere non gravabimur.

Ac primum illud opponendum est, si e Malo Bonus fieri potue- Cap. XIV. rit, totam illam Principiorum rationem everti. Potest enim et illius pater, si malus est, (quod absit ut unquam dicamus; bonus enim est) commutare animum, quemadmodum eius est immutatus filius.

voluerunt. Et alii ex ipsis effreni lingua deitatem ipsius aversantes, nomen generationis ex supernis vituperare non verentur."

2. εὐσπλαγχνότερον *correxerunt Cornarius et Petavius. Et ita in cod. Rhediger. legere plane mihi videbar. Vulgo extat* ἀσπλαγχνότερον.

3. *Verba* ἄλλος μὲν τὸν δημιουργὸν, *quae absunt ab edit. princ., Petavius restituit ex cod. Vaticano.*

ρον, εἰ ὅλως ἦλθεν ὁ μονογενὴς ἀνθρώπους σῶσαι, καὶ λῃστὴν εἰσαγαγεῖν εἰς Παράδεισον, καὶ τελώνην καλέσαι ἀπὸ τελωνίου εἰς μετάνοιαν, καὶ πόρνην ἀλείφουσαν αὐτοῦ τοὺς πόδας ἰάσασθαι ἀπὸ πονηρίας, ἔτι δὲ καὶ ἀγαθὰ πράττει θεὸς, ἀγαθὸς ὑπάρχει, καὶ εὔσπλαγχνος, καὶ ἐλεήμων, πολλῷ οὖν μᾶλλον ἔδει ἐπὶ τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα τὸν οἶκτον ἀναλαβεῖν, καὶ αὐτὸν πρῶτον μεταθεῖναι εἰς τὸ σωτηριῶδες· ἵνα πρῶτον τὸν πατέρα αὐτοῦ μεταβαλὼν τελείως ἐνδείξεται τὴν τελείαν ἀγαθότητα, τὸν πατέρα αὐτοῦ οἰκτείρας, ὡς καὶ γέγραπται, Ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν πρῶτον εἰς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως, πόσῳ γε μᾶλλον ἐλεεῖν τοὺς ἑαυτῶν πατέρας. Τὸ δὲ ἕτερον [1] ἔτι προστέθεικα τῇ φράσει καὶ τῷ ἐλέγχῳ τῷ πρὸς τὸν Μαρκίωνα, ὅτι εἰ μὲν τοῦ ἑνός ἐστι υἱὸς, καὶ πρὸς τὸν ἕτερον προσέφυγεν, οὐ πιστὸς παραδειχθήσεται παρὰ τῷ ἑτέρῳ. Ὁ γὰρ συνείδησιν εἰς τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα μὴ φυλάξας οὐδὲ παρὰ τῷ ἑτέρῳ πιστευθήσεται ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῦ προαγόντως πεπραγμένων. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως πάλιν, ὦ Μαρκίων, δι' ἀπορίαν τοῦ πεμπομένου [2] θεοῦ μὴ δυνηθέντος σῶσαι τοὺς παρ'
pag. 377. [3] αὐτῷ σωζομένους, καὶ παρ' αὐτοῦ διὰ Χριστοῦ ἐλεηθέντας. Εἰ μὴ γὰρ ἀπέφυγε κατὰ τὸν τοῦ Μαρκίωνος λόγον ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν ἄνω θεὸν, οὐκ ηὐπόρει ὁ ἀγαθὸς θεός τινα ἀποστεῖλαι, εἰ μὴ ἐν προσκρούσει ὁ τοῦ Χριστοῦ πατὴρ, ὡς ὁ Μαρκίων λέγει, πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱὸν γεγένηται. Καὶ ἄλλως δὲ, εἰ τοῦ δημιουργοῦ υἱός ἐστιν, ἀντίκειται δὲ τῇ δημιουργίᾳ καὶ τῷ τοῦ πατρὸς ἔργῳ, πρῶτον μὲν ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον τοὺς ἀνθρώπους πρῶτον εἶχεν ἐξολοθρεῦσαι, ἵνα ἀφανίσῃ τὸ ἔργον τὸ ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς δεδημιουργημένον, ὡς ἀντίδικος γενόμενος τῆς τοῦ πατρὸς διαθέσεως· ἢ πάλιν λαβὼν δύναμιν ἰάσεως καὶ θεραπείας καὶ σωτηρίας ὤφειλεν ἐνδείξασθαι εἰς τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα πρὸ πάντων τὴν τῆς φιλανθρωπίας ἐργασίαν, καὶ πρῶτον πεῖσαι τὸν πατέρα αὐτοῦ κατ' αὐτὸν γενέσθαι, ἵνα γενόμενος αὐτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀγαθὸς τῆς πρὸς ἀνθρώπους σωτηρίας ἡ μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀγαθότης γένηται. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει ὡς ὁ τούτου κενοφωνούμενος μυθώδης λόγος. Οὔτε γὰρ τρεῖς ἀρχαὶ, οὔτε ἄλλος πατὴρ Χριστοῦ, οὐδὲ κακίας ἐστὶ γέννημα, μὴ γένοιτο. Φησὶ γὰρ, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Καὶ εἰ μὲν νόθως λέγει πατέρα ἔχειν, οὐ δύναται αὐτοῦ ὁ νόθος πατὴρ καλούμενος ἐν αὐτῷ εἶναι, οὐδὲ αὐτὸς ἐν τῷ πατρί. Ὁ δὲ κατὰ φύσιν αὐτοῦ πατέρα ἀεὶ ἀγαθὸν καὶ θεὸν ἀεὶ καὶ πάντων δημιουργὸν ἑαυτῷ [4] τε ὄντα καὶ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντα διδάσκων, καὶ ἀληθεύων, κατὰ τοῦ Μαρκίωνος τὴν

Cap. XIV. — 1. ἔτι *rescripsi Cornarium et Petavium secutus, pro* ἔστι, *quod libri habent.*

2. *Inserui vocabulum* θεοῦ *de meo. Nam a libris, quantumvis necessarium, vulgo abest. Quare iam Cornarius vertit:* Sed et aliter rursus, o Marcion, ob penuriam eius qui mitteretur non

Deinde si ut servaret hominum genus unigenitus ille descendit, et ut latronem in Paradisum introduceret, ac publicanum e telonio vocaret ad poenitentiam, ac meretricis illius, quae pedes suos unxit, sanaret nequitiam: praeterea si commodare omnibus studet idem ille qui bonus deus est, ac misericors et benignus, multo magis erga parentem adhibenda misericordia fuit, ut hunc primum omnium revocaret ad salutem, eoque prae ceteris ad meliora converso perfectae bonitatis specimen praeberet, dum parentis sui miseratione moveretur, quemadmodum scriptum est: *Bene facere omnibus oportere,* Gal. 6, 10.
maxime vero domesticis fidei: quanto igitur magis parentum misereri convenit? Sed aliud est quod ad hanc Marcionis refutationem addendum videtur. Nam si, cum alterius esset ille filius, sese ad alterum contulerit, ne huic ipsi quidem fidem praestiturus videtur. Qui enim fidelem se erga parentem minime praebuit, ex iis quae antea gessit, ne apud alterum quidem fide dignus habebitur. Ad haec alio licet argumento errorem tuum, Marcio, convincere, ex eo videlicet capite, quod ob alicuius qui mitteretur inopiam negas servare Bonum deum illos potuisse quos servari oportuit, et quibus per Christum misericordiam tribuit. Nisi enim Christus ad supremum illum deum ex Marcionis sententia confugisset, quem ille Bonus mitteret, habuisset neminem, si non inter patrem ac filium Christum offensionis aliquid intervenisset. Deinde si Creatoris est filius, idemque creationi ipsi ac paternis operibus est inimicus, simulatque in hunc orbem delapsus est, humanum inprimis genus exterminare debuit, ut conditum illud opus a patre funditus deleret, utpote paternarum molitionum hostis acerrimus. Aut ut persanandi ac curandi servandique vim usurpare vellet, hoc ipsum humanitatis officium parenti ante ceteros omnes exhibendum fuerat, eique persuadendum, filii ut esse similis mallet, ut tam ipse sibi quam patri bonus, et humano generi salutaris esset, atque ita una et eadem bonitas existeret. Atqui longe ista sese aliter habent quam illius fert conficta ac fabulosa narratio. Neque enim tria sunt principia, nec alius est Christi pater, nec ille nequitiae soboles extitit; absit ut id unquam existimemus. Ita enim ipse testatur: *Ego in patre, et pater in me* Ioann. 14, 10.
est. Quod si adulterinum illum parentem intelligeret, non potest is qui adulterinus pater dicitur in illo esse, nec ille in patre. Sed cum germanum illum suum ac naturalem parentem semper bonum semperque deum omniumque conditorem, atque et apud semetipsum et cum filio existentem verissime doceat, idem Marcionem horum verborum

potuit supremus deus salvare eos qui ab ipso salvantur, et quorum ipse per Christum misertus est.

3. αὐτοῦ *Cornarius, qui vertit* ab ipso.
4. *Scripsi* τε *pro* δὲ *quod libri praebent.*

ἀπειλὴν διεξέρχεται [5] τοῦ λέγοντος, Ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτὸν μένει. Ἤδη δὲ ἐν πολλαῖς μαρτυρίαις ἐδείξαμεν τὸν ἕνα ὄντα θεὸν, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαθὸν ὄντα καὶ ἀγαθὸν γεννήσαντα, ἀγάπην ὄντα καὶ ἀγάπην γεννήσαντα, πηγὴν ὄντα καὶ ζωῆς πηγὴν γεννήσαντα (Παρὰ σοὶ γὰρ πηγὴ ζωῆς, φησὶν ἡ γραφή), ἀλήθειαν ὄντα καὶ ἀλήθειαν γεννήσαντα, φῶς ὄντα καὶ φῶς γεννήσαντα, ζωὴν ὄντα καὶ ζωὴν γεννήσαντα, ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως καὶ ἀχρόνως. Καὶ ἐλήλεγκται κατὰ πάντα ἡ τοῦ Μαρκίωνος πλάνη.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀπατεῶνος ἀνα-
pag. 378. τροπῆς διὰ πολλῆς καὶ ἀληθινῆς συστάσεως ἐν θεῷ ἡμῖν [6] κατειργασμένης, πάλιν ἐπὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτης τῆς νυνὶ ὡς μεγάλης ἀσπίδος καταπατηθείσης, διὰ τοῦ ἀψευδοῦς λόγου τοῦ σωτῆρος τοῦ εἰπόντος, Δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπὶ ὄφεις καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, ἴωμεν καὶ τὰς τῶν ἄλλων ματαιοφροσύνας διασκοπεῖν τε καὶ διελέγχειν, [7] ἐπικαλούμενοι θεὸν βοηθὸν, ἐν ἅπασιν ἐπικαλούμενοι.

ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΙΑΝΙΣΤΩΝ,
εἰκοστὴ τρίτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. Λουκιανός τις ἀρχαῖος — οὐχ ὁ νῦν ἐν χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ γέροντος γεγονὼς, ὃν δῆθεν οἱ Ἀρειανοὶ ἐν μάρτυσιν ἐπιψηφίζονται· ἦν γὰρ καὶ οὗτος ὁ Λουκιανὸς πρόσφατος, φημὶ, προσανέχων τῇ τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσει, περὶ οὗ ὕστερον ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἀνατροπῇ λέξομεν, νῦν δὲ πρὸς τὸν εἰρημένον ἀρχαῖον Λουκιανὸν ἀποτείνεται ὁ λόγος· οὗτος γὰρ συνεπόμενος τῷ προειρημένῳ Μαρκίωνι, καὶ ἀπὸ τούτου ἀποσχίσας, καὶ αὐτὸς ἄθροισμα ἑαυτῷ ποιησάμενος, αἱρέσεως προέστη, ἀφ' οὗπερ οἱ Λουκιανισταὶ ἀρχαῖοι καλούμενοι. Κατὰ πάντα μὲν οὖν κατὰ τὸν Μαρκίωνα δογματίζει, [1] κέχρηται δὲ ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν λόγος καὶ ἡ περὶ αὐτοῦ ἔμφασις. Ἀρχαίων γὰρ τούτων ὄντων, καὶ θᾶττον κατασβεσθέντων, δυσχερὲς γεγένηται ἡμῖν, ὡς ἀληθῶς ἔστιν ἰδεῖν, ἡ κατ' αὐτοὺς ἔρευνα. Ἃ δὲ ἀπὸ μέρους ἔγνωμεν τοῦ αὐτοῦ, ἔστι τάδε.

Μετὰ τὸ συστῆναι δῆθεν ἕτερον μὲν τὸν δημιουργὸν καὶ κριτὴν καὶ δίκαιον, ἕτερον δῆθεν ἀγαθὸν ὡσαύτως, καὶ ἕτερον τὸν πονηρὸν, βούλεται χρῆσθαι καὶ μαρτυρίαις τισὶ κατὰ τὸν Μαρκίωνα, κατὰ τὴν αὐτοῦ ὑπόνοιαν, ἀπὸ τῆς τῶν προφητῶν γραφῆς, φημὶ δὲ τὸ, Μάταιος ὁ δουλεύων κυρίῳ, καὶ τὸ εἰρημένον, Ἀντέστησαν θεῷ καὶ ἐσώ-

5. „Deest, opinor, aliquid; λέγων scribendum." *Petavius. Quid desiderari possit equidem non video; neque* λέγων *rescribendum esse apparet, quam quam is qui* διεξέρχεται τὴν ἀπειλὴν *non diversus est ab eo qui dicit,* Qui non honorificat *cett.*

comminatione perstringit: *Qui non honorificat filium, ut honorificat patrem, ira dei in illo manet.* Ioann. 5, 23. Ac nos plerisque iam testimoniis ostendimus unum esse deum ac patrem domini nostri Iesu Christi, qui bonus est bonumque genuit, caritas idem est et caritatem genuit, fons est et fontem vitae produxit (*Apud te enim est fons vitae,* Ps. 35, 10. ait scriptura): idem et veritas est et veritatem genuit, similiterque lumen est et lumen genuit, vita est et vitam propagavit, idque sine ullo principio, ab aeterno, citraque tempus. Qua ratione Marcionis error omnis evertitur.

Quae cum ita se habeant, ac nebulonis istius multis et certissimis rationibus sint convicta mendacia, ac negotium omne confectum, ad alia transeamus, et hac velut immani quadam aspide verissimis salvatoris verbis obtrita, qui dixit, *Dedi vobis calcare super serpentes, et scorpiones, et super omnem potestatem inimici,* Luc. 10, 19. ad ceterorum nos contemplanda ac refutanda deliria referamus, sic ut dei in omnibus opem ac praesidium imploremus.

CONTRA LUCIANISTAS,
quae est haeresis XXIII., vel XLIII.

Lucianus quidam antiquior, non ille qui aetate nostra sub Con- Cap. I. stantino seniore vixit, quem Ariani inter martyres adscribunt. Fuit enim Lucianus iste iunior Arianorum erroribus infectus, de quo postea, cum refutandus erit, acturi sumus: nunc adversus maiorem illum Lucianum suscipienda nobis est disputatio. Hic igitur Marcionis ante sectator, post ab eodem divulsus, privatum sibi gregem contrahens novae sectae factus est conditor, ab eoque Lucianistae veteres nomen acceperunt. Porro Marcionis ille dogmata penitus complexus est. Quibus perinde est usus, ut ad nos fama est et auditione perlatum. Nam cum antiquis illi temporibus extiterint, et quam citissime restincti sint, difficillima nobis, ut intelligi ab omnibus potest, illorum inquisitio fuit. Sed quae de illo utcumque comperire potuimus, sunt eiusmodi.

Nam posteaquam alius ab eo constitutus est Creator ac Iudex et Iustus, Bonus alius, itemque Malus tertius, nonnullis Marcionis exemplo testimoniis utitur, quae ex prophetarum scriptis ad erroris, ut ille, sui patrocinium adducit. Cuiusmodi istud est: *Vanus est* Mal. 3, 14 *qui servit domino.* Item: *Restiterunt deo, et salvi facti sunt.* Ad

6. *Libri habent* κατεργασαμένης, *quod vitium correxi.*

7. *Hoc prius* ἐπικαλούμενοι *abundare visum est Cornario et Petavio, qui illud uncinis notavit.*

Cap. I. — 1. *Cornarius vertit:* Quibus etiam utuntur ipsius complices, velut fama ad nos pertulit.

θησαν. Τέλειον δὲ οὗτος παρὰ τὴν τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ διδασκαλίαν ἀπαρνεῖται τὸν γάμον, καὶ ἁγνείαν ἀσκεῖ· οὐ δι' ἁγνείαν, ἀλλ' ἵνα ἀθετήσῃ τὰ ἔργα τοῦ δημιουργοῦ, διδάσκων μὴ συνάπτεσθαι γάμῳ, ἀφ' οὗ γάμου εὐθηνία, φησὶ, διὰ τῆς παιδοποιΐας ἐν κόσμῳ τῷ δημιουργῷ γίνεται, πρὸς ἀντίθεσιν τῆς τοῦ δημιουργοῦ καὶ κτιστοῦ διὰ
pag. 379. τῆς παιδοποιΐας ἐν τῷ κόσμῳ εὐθηνίας. Φωραθήσεται δὲ ὁ τοιοῦτος, καὶ διελεγχθήσεται, ἀπὸ μὲν τῆς ἤδη πρὸς τὸν αὐτοῦ ἐπιστάτην ἀντιθέσεως, διὰ πολλῶν ποιησαμένων ἡμῶν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίαν τε καὶ ἀνατροπὴν, ἐν ὁποίαις τε καὶ ὁπόσαις συνᾴδει τὸ εὐαγγέλιον τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, καὶ ὡς αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν ὁμολογεῖ τὸ ποίημα τοῦ κόσμου εἶναι ἴδιον καὶ αὐτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς εἶναι τὴν κτίσιν· ὥς γε μάλιστα συνελόντι φράσαι κορυφαιότατόν τι ῥῆμα παρὰ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ εἰρημένον, τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Κεφ. β΄. Ἀλλά γε ὁ τοιοῦτος εὐθὺς ἀνατραπήσεται. Εἰ γὰρ βούλοιτο λέγειν ὅτι ἀντιθέσεως χάριν καὶ καθαιρέσεως τῶν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἐνταῦθα λεγομένων ἡ τοῦ γάμου αὐτῷ συνάφεια ἀθετεῖται, ἵνα μὴ τῷ δημιουργῷ συμπράξειεν, ὥςτε ἀπέχεσθαι παντάπασι τοῦ ἔργου τοῦ δημιουργοῦ, πῶς οὐχὶ ἄλογος αὐτῷ ἡ [1] ὑπόνοια καὶ φωρατὴ καὶ εὐθυέλεγκτος; Ἰδοὺ γὰρ, ἀπὸ τῆς κτίσεως καὶ τῆς τοῦ δημιουργοῦ δημιουργίας, καὶ τῶν ἐδωδῶν, καὶ τῶν ἀμφίων, καὶ τῆς χρήσεως πομάτων μέτεισιν ὁ γόης καὶ ὁ ἀγύρτης, καὶ ἄλλως οὐ δυνήσεται ἐκφυγεῖν, καὶ μὴ οὐχὶ τούτοις χρῆσθαι. Θεὸς γὰρ ὁ πάντων δεσπότης καὶ δημιουργὸς, πάντων ἐπιμελόμενος, καὶ ἐπὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀνατέλλει αὐτοῦ τὸν ἥλιον, καὶ ἐπὶ τοὺς αὐτὸν βλασφημοῦντας καὶ ἐπὶ τοὺς αὐτὸν δοξάζοντας πέμπει αὐτοῦ τὸν ὑετὸν, καὶ πάντας τρέφει, οὐκ ἀλόγῳ τινὶ καὶ ἀναισθήτῳ ὁρισμῷ, ἀλλὰ ἐκδικίᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ ὁρισθείσῃ ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει μακροθυμῶν, καὶ ὁρισμοῖς ἰδίοις καὶ σοφίᾳ τὰ πάντα διοικῶν ὥς ἐστι πρέπον τῇ αὐτοῦ εἰς πάντας ὠφελείᾳ, ἵν' οἱ μετανοήσαντες τῆς παρ' αὐτοῦ ἀμνηστείας τυχόντες τὸ σωτήριον κτήσοιντο· εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ταῖς αὐτῶν βλασφήμοις ὑπονοίαις καὶ ματαιοφροσύναις ταῖς μὴ ἐκ θεοῦ αὐτοῖς δοθείσαις, τὸ τηνικαῦτα, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν τοῦ αὐτεξουσίου μηκέτι αὐτοῖς συμπαραμένοντος, [2] αὐτοῖς τὴν τότε ἐσομένην κρίσιν, ἀλλὰ οὔτε διὰ
pag. 380. θυμὸν, οὔτε ὡς ἐν ὀργῇ ἐπιφέρων, [3] (ὅλα γὰρ τὰ ἐσόμενα προεθέσπισε

Cap. II. — 1. ὑπόνοια *cod. Vatic.* ὑπόθεσις *cod. Rhedig., et libri editi.*

2. *Restitui legitimum ordinem verborum, a librario aliquo veteri olim violatum, cuius oculi a priore* οὔτε *ad alterum aberrarent. In libris enim legitur* συμπαραμένοντος, ἀλλὰ οὔτε διὰ θυμὸν, αὐτοῖς τὴν τότε ἐσομένην κρίσιν, οὔτε ὡς ἐν ὀργῇ ἐπιφέρων. *Petavio aliquid deesse videbatur.*

haec omnia praeter magistri sui dogmata nuptias ille condemnat, et castimoniam profitetur, non huius amore virtutis, sed ut opera Creatoris evertat. Quare coniugiis interdicit. Ex quibus, inquit, propagata sobole maior in mundo Conditori ubertas ac copia suppetit. Hoc igitur in Opificis ac Conditoris odium suscipit, ne ex liberorum procreatione illius opes augeantur. Verum huius error nullo negotio detegetur ac refelletur ex ea confutatione quam contra ipsius praeceptorem ante proposuimus. Cuius opiniones pluribus disputando convicimus, idque ipsum ostendimus cuiusmodi ac quam multa sint in quibus summa est evangelii veterisque testamenti consensio. Quemadmodum etiam dominus ipse fateatur suam esse mundi fabricationem, ac quicquid conditum est patri suo tribuendum. Quod quidem praestantissimis hisce verbis summatim Ioannes complexus est: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus* Ioann. 1, 1. *erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est etc.*

Atqui statim ille facillime confutabitur. Nam si respondere ita Cap. II. velit, se ut iis quae Conditoris hic esse propria dicuntur obsisteret ac destrueret nuptiarum damnare copulas, ne Conditori suffragari videatur, atque ut ab eius opere sese omnino praestet alienum, nonne a ratione prorsus haec abhorret opinio, eiusque deprehensi falsitas ac redargui facile potest? Ecce tibi conditis a Creatore rebus, veluti cibis ac vestibus, et unguentis, ac potu, et eduliis miserrimus iste circulator utitur, nec effugere aliter potest quin se iis uti fateatur. Deus enim est dominus omnium ac conditor, qui curam omnium gerit ac, *Solem suum super bonos et malos oriri facit.* Matth. 5, 45. Tum vero in eos pariter qui se contumeliis afficiunt et qui ipsum laudant ac praedicant pluviam demittit, atque alit universos. Quod non temeraria aliqua citraque rationem ac sensum definita lege constitutum est, sed ideo nimirum, quod poenarum ab illo tempus in futurum iudicium reservatum est, patienter expectat, ac privatis legibus et sapientia cuncta moderatur, quemadmodum beneficam illam erga omnes providentiam decet, ut si qui poenitentiam susceperint, scelerum omnium oblivionem ab illo nacti salutem adipiscantur. Sin contumeliosis illis divinum in numen opinionibus atque erroribus, quorum deus auctor non est, insistant, tum merita supplicia post hanc vitam expendant, cum non amplius voluntatis in eis libertas manebit. Verum neque animi quadam impotentia futurum illud iudicium instituit, nec ventura illa mala iracundia ulla ductus infligit.

3. ὅλα γὰρ τὰ ἐσόμενα *ego.* τὰ ἐσόμενα γὰρ ὅλα *Petavius in adnot. margini adscripta.* τὰ ἐσόμενα ὅλα γὰρ *libri tam scripti quam editi.*

διὰ τὴν οὐκ εἴσω παθῶν περιεχομένην αὐτοῦ θεότητα), ἀλλὰ δι' ἣν ἕκαστος τῶν ἐπὶ βλάβῃ ἑαυτοῦ τι ἐργαζόμενος ἑαυτῷ παραίτιος γεγένηται, τοῦ θεοῦ ἀναιτίου ὄντος τῆς καθ' ἡμᾶς παρεκτροπῆς τε καὶ τῆς ἐκ ταύτης καθ' ἡμῶν μελλούσης ἔσεσθαι καταδίκης.

Ἐν ἅπασιν οὖν καὶ οὗτος φωραθήσεται, ταῖς πρότερον καὶ μετέπειτα ἐγκαταμιχθεὶς αἱρέσεσιν, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς ἀπωλείας τέκνων ὑπάρχων, δηλούσης τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ εὐαγγελίου φωτεινῶς τὴν πᾶσαν οἰκουμένην καταυγάζοντος, καὶ σώζοντος τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθινῆς πίστεως ἐν ἀληθείᾳ. Ὡς οὖν ἐκ συντόμου σκοποῦ ὄφιν παρακύψαντα διὰ μικροῦ τινος σκεύους ἀνελόντες θανατωθεῖσαν ταύτην καταλελοιπότες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν τοῦ θεοῦ συμπαραλαβόντες βοήθειαν, εἰς τὸ παραστῆσαι τὴν αὐτοῦ ἀλήθειαν.

ΚΑΤΑ * ΑΠΕΛΛΗΙΑΝΩΝ,

εἰκοστὴ τετάρτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ τετάρτη.

Κεφ. α'. *Τοῦτον τὸν προειρημένον Λουκιανὸν διαδέχεται Ἀπελλῆς, οὐχ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος ὁ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου συνιστάμενος, ἀλλ' ἕτερος, ἐξ οὗπερ Ἀπελληϊανοί, [1] ὢν καὶ αὐτὸς συσχολαστὴς αὐτοῦ Λουκιανοῦ, καὶ μαθητὴς τοῦ προειρημένου Μαρκίωνος, ὡς ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλῶν ἀκανθῶν ὑλομανήσασαι παραφυάδες. Ἕτερα δὲ οὗτος παρὰ τοὺς ἄλλους βούλεται δογματίζειν, καὶ κατὰ μὲν τοῦ ἑαυτοῦ διδασκάλου ὁπλισάμενος ἑαυτόν, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας, εἰς τὸ συναγείρειν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸς σχολὴν πεπλανημένων ἀνθρώπων, τὰ τοιαῦτα βούλεται δογματίζειν, φάσκων μὲν ὅτι, Οὐχ οὕτως, φησὶ, γεγένηται, ἀλλὰ πεπλάνηται Μαρκίων· ἵνα πανταχόθεν [2] ἑαυτὴν ἐλέγχουσά τε ἡ ἄνοια καὶ ἡ ἀνομία ἐν ἑαυτῇ συντριβομένη φανήσεται, καὶ καθ' ἑαυτῆς τὴν ἀνατροπὴν ἐπεγείρουσα, τῆς ἀληθείας ἀεὶ ἑδραίας οὔσης, καὶ μὴ χρείαν ἐχούσης βοηθείας, ἀλλὰ αὐτοσυστάτου οὔσης, καὶ παρὰ θεῷ τῷ ὄν-*
pag. 381. *τως ἀεὶ συνισταμένης. Φάσκει γοῦν οὗτος ὁ προειρημένος Ἀπελλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ εἰσὶ τρεῖς ἀρχαί, οὔτε δύο, ὡς τοῖς περὶ Λουκιανὸν καὶ Μαρκίωνα ἔδοξεν, ἀλλά, φησὶν, Εἷς ἐστιν ἀγαθὸς θεός, καὶ μία ἀρχή, καὶ μία δύναμις ἀκατονόμαστος, ᾧ ἑνὶ θεῷ, ἤγουν μιᾷ ἀρχῇ, οὐδὲν μεμέληται τῶν ἐνταῦθα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ γεγενημένων. Ἀλλὰ ὁ αὐτὸς [3] ἅγιος ἄνωθεν θεὸς καὶ ἀγαθὸς ἐποίη-*

* ΑΠΕΛΛΗΑΝΩΝ *cod. Rhedig. et editi libri.*

Cap. I. — 1. ὡς *edit. princ., quod vitium ope cod. Vatic. correxit Petavius.*

2. ἑαυτὴν *rescripsi pro* ἑαυτῷ, *quod libri praebent.*

3. ἅγιος ἄνωθεν θεὸς καὶ ἀγαθὸς

Haec enim omnia pro ea qua praeditus est ab omni perturbatione libera divinitate, denuntiat. Sed ob eam videlicet caussam, quod unusquisque suam in fraudem aliquid moliens ultro capiti suo malum arcessit, cum interim corruptelae huius nostrae damnationisque, quae illinc sequitur, culpam deus nullo modo sustineat.

Quamobrem ubique se prodet ipsum prioribus ac posterioribus sectis implicatum, ac se e perditionis filiorum numero esse monstrabit, cum id manifeste veritas ipsa declaret, ipsumque lumen evangelii totum terrarum orbem suo splendore collustret, ac sincerae religionis filios ad salutem beneficio veritatis adducat. Postquam igitur brevissimo illo proposito nobis ad disputandum argumento emersum e latebris serpentem velut exiguo telo confecimus atque emortuam haeresin illam reliquimus, ad reliquas progrediamur, dei, ut saepe professi sumus, implorata prius ope, quo illius veritatem explicare possimus.

CONTRA APELLEIANOS,
quae est haeresis XXIV., sive XLIV.

Lucianum proxime sequitur Apelles, non ille sanctus et ab apostolo commendatus, sed diversus ab eo quidam a quo Apelleiani cognominati sunt. Hic Luciani condiscipulus et Marcionis auditor fuit; quemadmodum saepe fit ut spinosi frutices multi ex una radice luxuriantes pullulent. Quamquam ille diversa ab aliis quamplurima statuit. Nam et adversus magistrum suum et adversus veritatem ipsam armasse se videtur, quo in errore versantium hominum privatim sibi ipse scholam quaereret. Eiusmodi sunt autem eius dogmata. Negat ita, uti Marcio definit, sese rem habere proindeque illum opinione lapsum, ut confutata per seipsam insania collisa secum confractaque videatur impietas, et ad semetipsam evertendam velut quadam conspiratione concitata, cum interim veritas stabilis ac firma permaneat, nec auxilio cuiusquam indigeat, utpote quae per sese cohaereat, et apud deum, qui revera sempiternus est, perpetuo consistat. Igitur Apelles, eiusque factio omnis ita sentit: non esse Principia tria, neque duo, ut Luciano ac Marcioni videtur, sed unum esse Bonum deum, unumque Principium, ac Virtutem unam nominis expertem. Qui quidem deus unus unumque Principium nullam eorum quae in hoc mundo geruntur curam suscipit. Ceterum idem ille sanctus bonusque deus, qui a principio deus est Cap. I.

ἐποίησεν cod. Vatic. ἅγιος θεὸς καὶ ἅγιος θεὸς καὶ ἀγαθὸς ὁ ἄνωθεν θεὸς ἀγαθὸς, ὁ ἄνωθεν ἐποίησεν *edit. princ.* καὶ ἀγαθὸς ἐποίησεν *edit. Petav.*

σεν ἕνα ἄλλον θεόν. Ὁ δὲ γενόμενος ἄλλος θεὸς ἔκτισε τὰ πάντα, οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἀπέβη δὲ οὐκ ἀγαθὸς, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, φησὶν, οὐκ ἀγαθῶς εἰργασμένα, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ φαύλην διάνοιαν [4] τὰ ὑπ' αὐτοῦ ἔκτισται.

Κεφ. β'. Τίς δὲ ἀνέξεται τῶν τοιούτων λόγων, καὶ οὐ μᾶλλον καταγελάσειε τῆς τοιαύτης ματαιοπονίας; Κατὰ γὰρ δύο τρόπους εὑρεθήσεται οὐχ ἁρμοδίως πράττων, χρώμενος τῇ τοιαύτῃ ὑπονοίᾳ. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὸν ὡς πρὸς παρόντα ἐρῶ, Λέγε μοι, ὦ οὗτος· δώσεις γὰρ, ὦ Ἀπελλῆ, ἢ τὸν θεὸν ἄγνωστον τῶν μελλόντων πεποιηκότα θεὸν ὃν φάσκεις τὰ ποιήματα [1] οὐ καλῶς [2] δεδημιουργηκέναι ἢ [3] προγινώσκοντα μὲν ὅτι τοιοῦτος ὁ ὑπ' αὐτοῦ κτιζόμενος θεὸς [4] ἀποβήσεται τούτου χάριν αὐτὸν πεποιηκέναι, ἵνα αἴτιος γένηται τῶν κακῶς ὑπ' αὐτοῦ [5] δεδημιουργημένων. Καὶ ἔσται ἐξάπαντος ὁ ἄνω θεὸς αὐτὸς δημιουργὸς, ποιήσας τὸν ἕνα τὸν τὰ πάντα πεποιηκότα, καὶ ἔσται οὐκέτι αἴτιος ὁ τὰς κτίσεις πεποιηκὼς, ἀλλὰ ὁ ἄνω θεὸς ὁ τὸν κτιστὴν ποιήσας, καὶ ὢν αὐτὸς τῶν πάντων δημιουργός.

Χριστὸν δὲ ἥκειν φὴς ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν, υἱὸν ὄντα τοῦ ἄνω ἀγαθοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, ὡςαύτως ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν εἰς γνῶσιν αὐτοῦ ἐρχομένων, καὶ ἐλθόντα οὐ δοκήσει πεφηνέναι, ἀλλὰ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα εἰληφέναι, οὐκ ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου, ἀλλὰ ἀληθινὴν μὲν ἐσχηκέναι τὴν σάρκα καὶ σῶμα, οὔτε ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, οὔτε ἀπὸ γυναικὸς παρθένου, ἀλλ' ἔσχε μὲν σάρκα ἀληθινὴν τούτῳ τῷ τρόπῳ· Καὶ, φησὶν, ἐν τῷ ἔρχεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων, ἦλθεν εἰς τὴν γῆν, καὶ συνήγαγεν ἑαυτῷ ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων σῶμα. Καὶ πῶς καὶ οὗτος οὐκ ἐπείγεται εἰς τὸ φω-
pag. 382. ραθῆναι αὐτοῦ τὴν ἀνομίαν ἀκολουθοῦσαν ταῖς τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ποιητῶν περὶ τῆς κενοφωνίας ταύτης δόξαις; Φάσκει γὰρ καὶ οὗτος ὡς ἐκεῖνοι, καὶ ἔτι ψυχροτέρως παρ' ἐκείνους λέγων, τὸν σωτῆρα ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι τὸ σῶμα. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ξηροῦ τὸ ξηρὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ τὸ θερμὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ ὑγρὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ ψυχρόν· καὶ οὕτως πλάσας ἑαυτῷ σῶμα ἀληθινῶς πέφηνεν ἐν κόσμῳ, καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὴν ἄνω γνῶσιν, καταφρονεῖν τε τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἀρνεῖσθαι αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὑποδείξας ἡμῖν ἐν ποίᾳ γραφῇ ποῖά ἐστι τὰ φύσει ἐξ αὐτοῦ εἰρημένα, καὶ ποῖά ἐστι τὰ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ. Οὕτως γὰρ, φησὶν, ἔφη ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Γίνεσθαι δόκιμοι τραπεζῖται. Χρῶ γὰρ, φησὶν, ἀπὸ πάσης γραφῆς ἀναλέγων τὰ χρήσιμα. Εἶτα, φησὶν, ἔδωκεν ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν παθεῖν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, καὶ ἐσταυρώθη ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἔδειξεν αὐτὴν

4. *Fortasse* πάντα.

Cap. II. — 1. οὐ καλῶς *cod. Valic.* κακῶς *coniecit Petavius.* καλῶς *libri editi et cod. Rhediger.*

2. *Verba* δεδημιουργηκέναι — κακῶς ὑπ' αὐτοῦ, *quae non comparent in edit. princ., Petavius restituit ex cod. Vaticano.*

ac bonus, alium produxit deum. Ab hoc universa condita sunt, coelum videlicet ac terra, ceteraque quae in hoc mundo cernimus. Sed hic minime bonus evasit, eiusque opera omnia non bene facta, ac pro mala illius mente sunt ab illo fabricata.

Verum quis illa dogmata patienter audiat, nec insaniam illam Cap. II. potius et amentiam irrideat? Duobus quippe modis hac quidem in opinione minime consentanea videtur asserere. Itaque sic illum tamquam praesentem alloquar. Dic mihi, sodes Apelles: hoc enim dabis, opinor, aut illum supremum deum futura nescientem, hunc quem dicis opera sua male fabricasse, effinxisse deum, aut cum talem fore cognosceret, ideo produxisse, ut eorum esset ipsorum caussa, quae male postea condidit. Ex quo consequens est supremum illum deum plane creatorem esse, qui unum illum procrearit, a quo condita sunt omnia. Quare caussa erit etiam ille non qui res creatas edidit, sed summus ipse creatoris auctor, qui sit universorum opifex.

Hoc vero insuper affirmas: postremis temporibus affuisse Christum, supremi nimirum ac Boni dei filium, eiusque spiritum sanctum, ad eorum similiter salutem qui ad ipsius notitiam pervenirent. Eundem porro non specie apparuisse sola, sed revera carnem sumpsisse, non de Maria tamen virgine illam expressisse, sed tametsi vera carne ac corpore esset praeditus, neque ex virili semine, neque ex muliere virgine sibi illud ascivisse, sed veram aliunde carnem sibi comparasse. Quod quidem hunc in modum explicat. Cum, inquit, e coelo delapsus esset in terram, corpus sibi quatuor ex elementis effinxit. Verum nonne ad id etiam festinare videtur iste, ut impia eius scelerataque sententia ad veterum poëtarum Graecorum somnia ac nugas adscribenda videatur? Eadem enim plane cum illis, ac magis etiam ridicula, proponit, Christum sibimetipsi fabricasse corpus. Ita e sicco siccum expressit, e calore calidum, humidum ex humore, e frigore frigidum. E quibus omnibus formato sibi corpore, vere in terra visus est, ac coelestium rerum nobis scientiam importavit, ut et conditorem aspernaremur, et eius abnegaremus opera, ita ut nobis illud indicaret, quaenam in sacris literis vel a se ipso pronuntiata forent, vel a Conditore prolata. Sic enim, ait, in evangelio dixit: *Estote probi argentarii.* Utere, inquit, omnibus, ex scriptura quavis utilia seligens. Deinde, Christus, ait, semetipsum in corpore ad patiendum supplicium obtulit, ac re-

3. προςγινώσκοντα *habet cod. Vatic.*

4. *In exempli Scholliani margine, bibliopegae cultellis paululum detruncato, non* ἀπέβη *ex cod. Vaticano annotatum lego, uti edidit Petavius, sed* ἀποβησ, *unde restitui* ἀποβήσεται, *quod etiam sententia postulat.*

5. δεδημιουργημένον *edit. princ.*

τὴν σάρκα τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, καὶ ἀναλύσας, φησὶν, αὐτὴν τὴν ἐνανθρώπησιν ἑαυτοῦ ἀπεμέρισε πάλιν ἑκάστῳ τῶν στοιχείων τὸ ἴδιον ἀποδοὺς, τὸ θερμὸν τῷ θερμῷ, τὸ ψυχρὸν τῷ ψυχρῷ, τὸ ξηρὸν τῷ ξηρῷ, τὸ ὑγρὸν τῷ ὑγρῷ· καὶ οὕτως διαλύσας ἀπ' αὐτοῦ πάλιν τὸ ἔνσαρκον σῶμα ἀνέπτη εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅθεν καὶ ἧκε.

Κεφ. γ'. *Καὶ ὦ πολλῆς δραματουργίας τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων, ὡς παντί τῳ σαφὲς εἴη, μίμων μᾶλλον ἐργαστήριον ἤπερ ἐπαγγελίας ζωῆς ἢ συνέσεως χαρακτῆρα κεκτημένων. Εἰ γὰρ ὅλως ἔλυεν αὐτὸ τὸ σῶμα ὅπερ εἴληφε, τίνι τῷ λόγῳ ἀπ' ἀρχῆς αὐτὸ ἑαυτῷ κατεσκεύαζεν; Εἰ δὲ κατεσκεύαζε διά τινα χρῆσιν, ἀπετέλεσε δὲ τὸ ἔργον τῆς χρήσεως, ἔδει καταλεῖψαι αὐτὸ ἐν τῇ γῇ, μάλιστα καθ' ὑμᾶς τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκὸς ἐλπίδος εἴδους μὴ χρείαν ἔχοντος τελειωθῆναι. Ἀλλὰ ἀνέστησεν αὐτὸ πάλιν, ἵνα εἰς κάματον ἑαυτὸν τὴν μείζονα ἐμβάλοι, ἵνα μηδὲν ὠφελήσῃ κατασκευάζων, καὶ ἐν μνήματι ἀποτιθέμενος, καὶ διαλύων καὶ μερίζων ἑκάστῳ τῶν στοιχείων ὅπερ παρ' αὐτοῦ εἴληφεν, ὡς εὐγνώμων χρεοφειλέτης. Καὶ εἰ ὅλως ἑκάστῳ ἀπεδίδου, τουτέστι τὸ ψυχρὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ θερμὸν τῷ θερμῷ, ἠδύνατο ταῦτα μὴ ὁρᾶσθαι τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, ἀλλ' οὐ μὴν τὸ σῶμα τὸ ξηρόν. Πάντως*
pag. 383. *γὰρ τὸ ξηρὸν σῶμά ἐστι, σὰρξ καὶ ὀστέα, καὶ τὸ ὑγρὸν πάντως ἰχῶρές εἰσι, καὶ σὰρξ εἰς ὑγρότητα διαλυομένη· ἅτινα πάντως τοῖς ἀποστόλοις φανερώτατα ἀποτιθέμενος ἐσήμανεν, ὡς καὶ τὸ πρῶτον, ὅτε ἐθάπτετο τὸ αὐτοῦ σῶμα, κατηξιοῦτο Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας ἐντυλίξαι αὐτὸ ἐν σινδόνι, καὶ ἀποθέσθαι ἐν μνήματι. Ἅμα δὲ καὶ αἱ γυναῖκες εἶχον ἰδεῖν που κατελείφθη τὰ λείψανα, ἵνα αὐτὰ τιμήσωσι διὰ μύρων καὶ ἀρωμάτων, ὡς τὸ πρῶτον. Ἀλλ' οὐδαμοῦ τὸ ψεῦδος ὑμῶν τοῦτο δεδήλωται, ω Ἀπελληϊανοὶ, ἀπὸ ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων· οὐ γὰρ ἔστιν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀοράτους ὁρατῶς εἶδον δύο ἄνδρας, καὶ αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον, καὶ ὑπὸ νεφέλης φωτεινῆς ὑπολαμβανόμενον, λείψανον δὲ αὐτοῦ οὐδαμοῦ καταλελειμμένον· οὐ γὰρ ἐχρῆν, οὐδὲ ἐνεδέχετο. Καὶ ψεύδεται Ἀπελλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Ἀπελληϊανοί.*

Κεφ. δ'. *Τὰ ὅμοια δὲ τῷ ἑαυτοῦ ἐπιστάτῃ Μαρκίωνι περί τε τῆς ἄλλης σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἠδογμάτισε, φάσκων μὴ εἶναι ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσαπερ ἐπὶ τῆς γῆς ἔδοξεν ὁμοίως δογματίζειν. Ἀνατραπήσεται δὲ ὁ αὐτοῦ λογισμὸς ληρός τις ὢν, καὶ κατὰ πάντα τρόπον πεπλανημένος. Οὔτε γὰρ ἰσχύσει σκότος ἔνθα τὸ φῶς παραφαίνεται, οὔτε τὸ ψεῦδος σταθήσεται οὔσης τῆς ἀληθείας. Εἰ γὰρ ὅλως κέχρησαι ταῖς γραφαῖς, ὦ Ἀπελλῆ καὶ οἱ ἀπὸ σοῦ Ἀπελληϊανοὶ, ἐξ*

vera in cruce suffixus est, eamque ipsam carnem discipulis ostendit. Postea humanam illam quam sumpserat naturam resolvens unicuique elemento quod proprium erat restituit, velut calido calidum, frigidum frigido, siccum sicco, humidum humido. Ita corpore illo quod carne constabat resoluto in coelum, unde venerat, ascendit.

O mendaces talia iactantium fabulas! qui, ut nemo non intelligit, mimorum ludum atque officinam aperire potius quam vitae consequendae professionem aut intelligentiae formam obtinere videntur. Etenim si omnino quod asciverat sibi corpus dissolvit, cur id initio fabricavit? Quod si ad usum fabricavit aliquem, hoc ipso usu perfunctus relinquere illud in terris debuit, praesertim cum ex vestra sententia forma ipsa resurrectionis carnis perfici nullo pacto desideret. Atqui illud excitavit denuo, quo maiorem sibi laborem imponeret, idque sine ullo fructu contextum, atque in sepulchrum depositum postea retexeret, atque, ut aequissimus debitor, quod ab unoquoque elemento sumpserat eisdem optima fide restitueret. Iam ut sua cuique reddiderit, puta frigido frigidum, et calido calidum, potuit id latere quidem discipulos, ipsum tamen corpus siccum minime potuit. Siccum enim plane corpus est, caro, inquam, et ossa. Similiter et humidum sanies est, et caro quae in humorem extabescit. Quae omnia cum manifeste deponeret, apostolis suis omnino significasset, ut antea fecerat, cum eius corpus sepulchro mandatum est. Tum enim Iosepho Arimathaeensi permissum, sindone ut illud obvolveret atque in monumento deponeret. Praeterea mulieres locum illum animadvertere potuissent, cui reliquiae commendatae forent, ut eas unguentis et aromatibus honorifice condirent. Sed hoc vestrum, Apelleiani, mendacium ne unus quidem ex apostolis commemoravit. Quippe nunquam ita gestum illud est. Verum duos quidem per sese minime aspectabiles, externa tamen specie apparentes viros intuiti sunt, ipsumque in coelum ascendentem, ac lucida nube circumfusum, reliquias vero nusquam terrarum relictas viderunt. Neque enim fieri istud oportebat, aut vero poterat. Quare tam Apelles ipse quam Apelleiani mentiti sunt.

Cap. III. — Act. 1.

Cetera porro cum praeceptore suo Marcione consentanea profitetur, quae ad aliorum carnem, ac reliqua id genus pertinent. Negat enim corporum esse resurrectionem, ceteraque ad eundem modum, quo ille cum in vivis ageret in opinione sua posuit. Sed opinionum illae nugae ac mendacia manifeste redarguentur. Neque enim virium quicquam habent tenebrae, ubi splendor lucis emicat, nec aperiente se veritate falsitas consistit. Quod si sacrarum literarum uti testimonio placet, Apelles, vosque Apelleiani, illae ipsae

Cap. IV.

αὐτῶν τῶν γραφῶν εὑρεθήσεσθε ἐλεγχόμενοι, πρῶτον μὲν, ὅτι κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ ποιήσας ἔφη, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· ὡς εἴ τις ἀπὸ τῆς σου πεπλανημένης αἱρέσεως ἐπιστρέψειε πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἀπὸ σκότους ἀποδράσας καὶ ἀπὸ νυκτὸς ἀναστὰς, εὕροι ἂν τὸ φῶς αὐτῷ ἀνατεῖλαν τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως ἡλίου δίκην, καὶ ὑπὲρ ἥλιον. Φανήσεται γὰρ παντὶ τῷ τὸν εὔλογον λογισμὸν κεκτημένῳ ὅτι ὁ εἰπὼν, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ὁ θεός ἐστιν ὁ τῶν ὅλων πατήρ. Συγκαλεῖται δὲ μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀεὶ ὄντα σὺν αὐτῷ θεὸν λόγον υἱὸν μονογενῆ, ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεγεννημένον, ἅμα δὲ καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ
pag. 384. πνεῦμα, τὸ οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ ἰδίου υἱοῦ. Εἰ γὰρ ἄλλος ἦν ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν κόσμον κτίσας, ἄλλος δὲ ὁ ἄνω ἀγαθὸς θεὸς παρ' οὗ κατῆλθεν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν ὁ Χριστὸς ἐλάμβανεν ἑαυτῷ σῶμα καὶ ἔπλασε τὴν εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ εἰς ἑαυτὸν ἀνατυπῶν, ἀλλὰ δῆλον ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ δημιουργὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ κόσμου, ᾧ εἶπεν ὁ πατὴρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἑνὸς ἔργου σταθήσεται φανερὸς γινόμενος ὁ τεχνίτης, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τότε τὸν ἄνθρωπον πεποιηκὼς, πλάσας τε ἐκ γῆς τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα, καὶ ποιήσας αὐτὸ εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Διὸ καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ λέγων ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ δὲ ἐν αὐτῷ ἐγένετο, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐγένετο, αὐτὸς τότε τὸν Ἀδὰμ ἔπλασε, καὶ αὐτὸς πάλιν τὸ σῶμα ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου εἰς ἑαυτὸν ἀνεπλάσατο, καὶ τελείως τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν συνήνωσε, τὴν ὑπ' αὐτοῦ τότε πλασθεῖσαν, καὶ νῦν ἐν ἑαυτῷ συνενωθεῖσαν. Εἰ δὲ ἀλλοτρίαν ἐργασίαν εἰς ἑαυτὸν ἔλαβε τοῦ κακῶς τὴν πλάσιν πλάσοντος καὶ κακοῦ ὑπάρχοντος κατὰ τὴν σου διδασκαλίαν, καὶ εἰ ὅλως κέχρηται τοῖς κακοῖς ποιήμασιν οἷς ὁ κατὰ σὲ κακὸς ποιητὴς εἰργάσατο, ἄρα ἐπεμίγη τῇ κακίᾳ τοῦ ποιητοῦ, χρήσει τε καὶ εὐεργεσίᾳ, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ εἰκόνι. Ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται. Εἰ γὰρ ἐνηνθρώπησεν, οὐ μόνον σάρκα εἴληφεν, ἀλλὰ καὶ ψυχήν. Δῆλον γὰρ ἔσται τοῦτο· ἐπεὶ πόθεν ἔλεγεν, Ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν τὴν ψυχήν μου, καὶ θεῖναι αὐτήν; Τὴν πᾶσαν τοίνυν πραγματείαν ἀναλεξάμενος, τὴν ῥηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ εἰκόνα, πᾶσαν πραγματείαν ἀνεδέξατο, ἐν τῷ σώματι καὶ ψυχῇ ἐλθὼν ὁ λόγος, καὶ ἐν ὁποίοις ἅπασίν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· τούτων δὲ οὕτως τελεσθέντων ἐξάπαντος ἠμαύρωταί σου τὸ δηλητήριον, καὶ ἔπεσέ σου ἡ στάσις ἡ ἀθεμελίωτος, μὴ ἔχουσα πῆξιν ἑδραιώματος ἀληθείας.

Κεφ. ε'. Εἰ δὲ καὶ ἃ βούλει λαμβάνεις ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἃ βού-
pag. 385.

sua vos auctoritate convincent. Primum, quod ad imaginem dei homo a deo factus est. Ac qui illum fecit, *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Gen. 1, 26. Quocirca si quis a falsissima tua haeresi sese ad veritatem converterit, et tamquam e nocte ac tenebris emerserit, in divinae scientiae lumen incurret, quod ei solis instar, vel etiam sole ipso clarius, illucescet. Nam illud cuilibet, qui rationis nonnihil habeat, evidens erit, deum esse parentem omnium, qui ita locutus est: *Faciamus hominem.* Qua quidem voce aeternum illum deum, verbum, inquam filium suum unigenam complexus est, quem ex seipso sine initio omni ac tempore genuit, nec non et spiritum sanctum, qui nec ab illo, nec ab eius filio sit alienus. Si enim alius foret hominis fabricator, mundi conditor, alius supremus ac bonus deus, a quo Christus descendit, nunquam Christus sibi corpus affingeret, aut figuram in se Creatoris exprimeret. Quare perspicuum est hunc ipsum hominis mundique esse conditorem, quem ita pater alloquitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Atque hoc ex uno opere manifestus erit artifex, neque alius intelligetur fuisse, qui tum hominem procreaverit et Adami corpus e terra molitus fuerit, *eundemque in viventem animam fecerit.* Cui quidem rei beatus Ioannes in evangelio suo suffragatur his verbis: *In principio erat verbum, et verbum erat apud* Ioann. 1, 1. *deum, et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil etc.* Quod si in ipso facta sunt, et per ipsum facta, ille et Adamum fabricavit, et ex Maria virgine sibi corpus effinxit, ac totam denique sibi naturam hominis adiunxit, quam a se illo tempore conditam, demum arctissime sibi copulavit. Iam vero si alienum opus usurpavit eius qui creatas res male condidit, ac malus opinione tua fuit, si, inquam, malis operibus usus est, quae a malo sunt artifice profecta, creatoris se nequitia implicaverit oportet usu illo ac beneficio, tum eiusdem imagine capessenda; quod fieri omnino non potest. Etenim si hominis naturam induit, non carnem modo, sed et animam suscepit. Neque enim obscurum illud est. Qui enim alioqui diceret: *Potestatem* Ioann. 10, 18. *habeo accipere animam meam, et ponere eam?* Quamobrem totum illud opus assumens, quam creator imaginem appellat, totum illud, inquam, ex corpore animaque conflatum, quibus homo partibus constat, divinum sibi verbum adiunxit. Quod si ita est, veneni tui efficacitas omnis extinguitur, ac tumultuosum perturbatumque dogma concidit, quod nullo fundamento stabilitum nulla veritatis firmitate ac soliditate nititur.

Ceterum cum e sacris literis quicquid placuerit eligas aut reii- Cap. V.

